Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0001-6

We 50
We. 50.
We. 50.

# Dionyſius de Statu ⁊ vita Sacerdotū Canonicorum Clericorū aliorumq̃ eccleſie miniſtratorum.

## Itaqꝫ legito vt intelligas

Quia melius eſt ire ad domū luctus q̄ʒ ad do/
mū cōuiuiꝫ Quoniā ſubter te ſternetur tinea et
operimentum tuum erunt vermes Et ergo le/
gito vt intelligas.
O lignum aridum eternis ignibus dignū quid
reſpondebis in die illa quando exigetur a te ad
ictum oculi omne tempus viuēdi qualiter a te
ſit expenſum. Nōne melius eſt ire ad domū lu/
ctus q̄ʒ ad domum conuiuiꝫ.

## Ut infra patebit

Vita Sacerdotum

# MAledictus hõ qui fa- cit opus dei negligenter.

Hierem̃.xlix. Deus maieſtatis ĩmenſe in ſuo obſeq̃o de-
ſpicit indeuotũ. euomit tepidũ. negligentẽ ⁊ impiũ dete-
ſtatur. Deniq̃ ſi ꝑncipes ſcl'i huius exigũt ſibi reuerẽter
atq̃ ꝓmpte ſeruiri: q̃ntomagis dñs vniuerſoꝝ: cui⁹ excel-
lentia ẽ penitus infinita: vult iubet ⁊ req̃rit: vt ei cũ pre-
cipua diligẽtia obſeq̃mur. Jdo monet apl's. Seruiam⁹
deo cũ metu ⁊ reuerẽtia. Et denuo exhortat̃. Cũ metu ti-
more ⁊ tremore veſtrã ſalutẽ op̃amĩ. Porro met⁹ timor
et tremor diligentiã pariũt. ſollicitudinẽ ſpũalẽ inducũt.
negligentiãq̃ abhorrẽt: q̃tenus ſicut ait ſcꝑtura Sollici-
te ambulem⁹ iugiter corã deo inceſſabilit̃ metuentes: ne
oĩpotẽtis oĩa intuẽtis p̃ñtiam in aliquo offendam⁹. Ti-
mor nanq̃ ſollicitat mentẽ ad cauendũ ꝑicula. Sicq̃ ti-
mor dei hoĩem reddit ſollicitũ ad vitandũ pctã. Jccirco
ꝓut in Eccl'iaſtico legit̃. Qui ſine timore eſt iuſtificari
non p̃ot. Et Solomon loquit̃. Timor dei fons vite vt
declinet a ruina mortꝫ. Qui rurſus fatet̃. Qui timet de-
um nihil negligit Hec nẽpe negligẽtia deteſtãda q̃ male-
dictionẽ ⁊ ꝯdẽnationẽ meret̃ eternã. ſalubri ſollicitudini
ac ꝟtuoſe diligẽtie extat ꝯria. Cũ g̃ timor dei diligentiã
gignat. ꝯſtat q̃ homo timorat⁹ nihil negligat. Merito
itaq̃ dixit Ps̃. Timete dñm oẽs ſcti ei⁹: q̃m nihil deeſt
timẽtibꝫ eũ: qđ de caſto ⁊ filiali dei timore eſt accipiendũ
Cũ g̃ tãta ſit huius diuini timoris ſalubritas recte nos
docet tota ſacra ſcꝑtura: vt cũcta q̃ agimus cũ dei timore
agam⁹. in tantũ vt laudatio q̃ deũ laudamus ⁊ gl'iatio q̃
gloriamur in ipo: timori admiſceant̃ ac ſacro metu altiſ-

ſimi condiant̃. Propterea ait vir ſctūs Seruite dño cū
timore ⁊ exultate ei cū tremore. Et certe ſic deū laudare
eſt ſpeciale donū ipſius. Iuxta illud Iob. Ab aquilone
aurꝫ venit ⁊ a deo formidoloſa laudatio. Nempe cū vni
uerſe iuſticie noſtre magno Eſaia teſtante ſint quaſi pā/
nus mēſtruate. ⁊ orōnib9 pſalmodijs ac ceteris actib9 no
ſtris bonis multe ac miſere diſtractōes ⁊ defectuoſitates
ſint admixte. nōne in om̄ib9 timoratos cuſtoditos ac ſol
licitos nos eſſe oportet ne in ipīs q̄ꝫ bonis actib9 noſtris
dñm offendamꝰ atq̄ꝫ a iuſto metuēdoq̄ꝫ iudice reprobe/
mur Etem̄ ſicut abbas Agathon dixit. Si ds̄ imputa/
uerit nobis diſtractōes ⁊ negligētias q̄s orando incurri
mus nō poterimꝰ eſſe ſalui. Hinc ſummo conatu negli/
gentiā in om̄i deitatis obſeq̄o caueamꝰ. Vn̄ ⁊ Tho. in
ij. ij. q. liiij. affirmat. Negligētia eſt defectus debite ſolli
citudis ⁊ ſpiritali ac bone ſollicitudini directe opponit̃.
Et ſicut ſollicitudo illa ad prudētiā ſic negligētia ad im/
prudentiā ꝑtinet. Nā vt ait Iſido. Negligens dicit̃ q̄ſi
non eligēs ob hoc ſicut electio eoꝝ q̄ ſunt ad finē neceſſa
ria aut accōmoda eſt actus prudentie. ſic taliū omiſſio ē
negligentia q̄ ex incōſideratiōe ꝓcedit. Si em̄ ꝯſideret
homo autoritatē ⁊ dignitatē dei precipientis: ac metuen
dum eius iudiciū. premia q̄q̄ꝫ obedientiū ei. inobedien/
tiumq̄ꝫ tormēta. mox incipiet formidare: negligentiā ab
horrere. ⁊ opus deificum diligentia adimplere. Verun
tamen ſanctus Gregorius viceſimoquarto Moralium
aſſerit ſecuritatē eſſe negligentie matrem: ſed hoc redit
in idem. Eſt nanq̄ꝫ quedam ſecuritas bona ex teſtamen
to conſcīe pure procedens. de qua Prouerbioꝝ. xv. Sa
lomon ꝯteſtat̃. Secura mens quaſi iuge conuiuiū Alia
eſt ſecuritas periculoſa ex errore aut inconſideratione de
ſcendens: qua homo ꝓpriā nō attendit ꝑicula: nec penſat

ſe in medio ꝑgere laqueoꝝ. ac deū multipl'r ſeu etiā gra/
uiter offendiſſe: ⁊ neſcire an amore dignꝰ ſit an odio. an
p̄deſtinatꝰ an reprobꝫ an ſaluādꝰ eternal'r ve dānandus
de q̄ dānabili ac ꝑiculoſiſſima ſecuritate. Eccs. vij. fert
Sūt ipij q̄ ita ſecuri ſunt ac ſi opa hēbāt ruſticoꝝ. Sicqꝫ
tā ſecuritas iſta q̄ꝫ negligentia ex eadē oriunt' radice. nec
obeſt eādē culpā ex diuerſ hēre originē. Simꝰ itaqꝫ vere
prudētes circūſpecti ſolliciti tanqꝫ aīalia vndiqꝫ oc'lata.
Ponamuſqꝫ corda nr̄a ſuꝑ itinera nr̄a. ſic hortat' Agge
us ꝓpha vt nō eamꝰ in viā ruine. ne paulopoſt incidamꝰ
tormēta gehēne. Pōderemꝰ ac ipleamꝰ qđ ait ſc̄ptura.
Btūs hō q̄ ſꝑ ē pauidus: ⁊ ſꝑ q̄ſi tumētes ſuꝑ me fluctꝰ
timui deū. Hinc ſc̄tūs Job ꝯſiderās inq̄t Deū timore
ſollicitor. Itemqꝫ. Verebar oīa opa mea ſciēs q̄ nō ꝑce
res delinquenti Sapiēs em̄ in oībꝫ metuit: vtpote incer
tus an actus ſui ex charitate ꝓcedant ac deo cōplaceant
Et qꝛ horrendū eſt incidere in manꝰ dei viuētis q̄ terri/
bilis ē in ꝯſilijs ſuꝑ filios hoīm de quo vtiqꝫ ignoramꝰ
q̄d in ſecreto ſapie ſue de nobis decreuerit: ⁊ q̄d finalit'
fiet de nobis. Attn̄ ſi omī excluſa negligētia ei cū timore
ac reuerētia indeſinēter ſtuduerimꝰ deſeruire. poſſumus
pie de meliore ſꝑare. Si ꝓ̄o opus eiꝰ egerimꝰ negligen
ter. cū illis peribimꝰ: de q̄bꝫ ꝓpha loquit' deo. Maledi/
cti q̄ declināt a mādatis tuis. Hec de timore dei ⁊ negli
gētia euitāda breuit' tetigi: qꝛ in iſto opuſculo intēdo de
debita cōuerſatiōe canonicoꝝ ſpēaliter aliq̄ memorare.
quoꝝ ꝓdolor ſtatꝰ ad grandē deuenit ruinā ⁊ ad defor
mationē pene extremā q̄ꝫq̄ꝫ inter eos de gr̄a dei ſint aliq̄
boni. q̄tenꝰ ſaltē ex dei timore excitent' ad meliora. Int'
q̄s multi ſunt mihi chariſſimi: q̄ ⁊ charitatem ſuā ad me
multotiēs oſtenderūt q̄ꝝ amore hec ꝯſcribunt'. Hinc de
iſta materia fundamētalius q̄ deo auxiliāte potero loq̄r

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0006-4

Et Canonicorum

# De originali inſtitutione

et prima inchoatione canonicorū Articulus Primus.

Actuū.iiij.refert btūs Lucas euāgeliſta.quēadmo
dum in exordio ꝑmitiue eccľie miſſo deſup ſpūſctō
vniuerſi fideles i hierľm ꝯgregati vixerūt in cōi ꝓ
priū nil hn̄tes diuidebaturq; ſingulis ſicut indiguerūt.
q̄ vita tādiu durauit in illis q̄diu btiſſimi apľi aderāt.ꝛ
ipos fideles rexerūt.Diuiſis xp̄o apľis ꝛ ſacratiſſimo Ja
cobo minore in hierľm ꝑmitiue eccľie p̄ſidente adhuc ꝑ
tp̄s aliq̄d durauit deuotiſſima ac feruentiſſima illa vita
cōis Sʒ cū cepiſſent ꝑ vniuerſam iudeā ꝛ galileā atq; ſa
mariā multiplicari credētes ꝛ milia mľta regn̄ari in xp̄o
nō bn̄ poterat illa vita cōis ab oib; obſeruari Feruor q̄ʒ
ꝑme deuotōis paulatim refrigiut ꝛ calor ſanguīs chriſti
in corde credentiū ꝓ maiori eoꝝ pte tepuit ſucceſſiue:ita
q̄ maior ps fideliū tam ex iudaiſmo q̄ʒ ex paganiſmo cō
uerſoꝝ cepit ꝓpria poſſidere ꝛ obſeruātijs p̄ceptoꝝ eē cō
tenta. Verūtn̄ multi ꝑoris deuotōis ꝯuerſationiſq; me
mores deſup illuſtrati atq; ſuccēſi a ſpūſctō cū ingēti pfe-
ctionis amore ac paupꝛtatis ardore vitā illā cōem denuo
aſſumpſerūt ꝛ apľicā inſtitutōem renouauerūt.quā vt ex
pediti⁹ ac liberi⁹ ꝑſeq̄ poſſent a ceteris ſe ſequeſtrauerūt
fidelib; ꝛ in ſuburbanis ꝛ locis ſecretiorib; cōmorari ex
orſi ſunt:viuētes nō tm̄mō in cōi ſʒ a ꝯiugijs q̄ʒ abſtinē-
tes ꝛ ſuos parētes ac ꝓpinq̄s corpaliter relinquētes ſub
obediētia ſctā ſm euāgelica ſaluatoris ꝯſilia ꝯuerſantes
aut ſolitarie cōmorantes.ex q̄b; vita cenobitalis ſeu mo
naſtica ſumpſit exordiū.ꝑut in.ij.Collationū volumine
Caſſian⁹ ex xp̄bis Piamonis abbatꝭ refert diffuſe.Atq;
vt idē teſtať.ij.li.de inſtitutis ſctōꝝ patrū:apd̄ Alexan

oꝛiam ꝓbatiſſimi quidam monachi erāt a ſctō Marco
euangeliſta inſtituti. q̄ nō ſolū ſm apl'icam inſtitutiōem
in cōi vixerūt ſꝫ multo ſublimioꝛa adijciētes tam abſtinē
tiſſimā ꝛ rigoꝛiſſimā vitā duxerunt: oꝛōni ꝛ ꝯtēplationi
iugiter intēdentes: intm̄ ꝙ tam iudei q̄ꝫ pagani ſuꝑ hoc
mirabant̄. Lectioni q̄ꝫ ꝛ opi manuū tā indeſinenter die
ac nocte fuerūt intēti: ꝙ vix ſcḋo aut tertio die ciboꝝ ap-
petitus aut mēoꝛia mentē eoꝝ pulſabat. Deniqꝫ his cō-
coꝛdat qḋ libꝛo de viris illuſtribꝰ ſctūs narrat Hierony.
Marcus inqͥens euāgeliſta pͥmus alexādrie chꝛm̄ annū-
cians inſtituit eccl'iam: vbi tāta doctrīa ꝛ vite cōtinentia
erat: vt vniuerſos chꝛi ſectatores ad exem̄ ſui impelleret
Et rurſus Philo inqͭt diſertiſſimꝰ iudeoꝝ iccirco a nob
inter ſcͥptores eccl'iaſticos ponit̄: qꝛ in libꝛo quē ſcͥpſit de
pͥma Marci euāgeliſte eccl'ia apḋ Alexādrie vꝛbem in
laude nr̄oꝝ verſat̄ chꝛianos nō ſolū ibi ſꝫ ī ml'tis q̄ꝫ pro-
uincijs eos eſſe cōmemorās. ꝛ habitacula eoꝝ monaſte-
ria nūcupans. Ex q̄ apparet talē fuiſſe pͥmo credentium
eccl'iam q̄les mō ſunt monachi ꝛ q̄les fuiſſe pͥmos credē-
tes in hierl'm recitat Lucas. Fecit itaqꝫ Philo librū de
vita ꝯtēplatiua. In quo aſſerit pͥmos illos btī Marci
diſcipulos ꝯtēplatiōi ꝛ oꝛōni ſemꝑ fuiſſe intētos. Prete-
rea q̄ꝫ ꝟa ſint iſta ex doctrīa diuini ꝛ magni dionyſij in li-
bꝛo de eccl'iaſtica hierarchia certiſſime innoteſcit. Ibi et
em̄ ſctūs ille deſcribit ritum ꝯſecratiōis monachoꝝ tꝑe
apl'oꝝ ac pͥmitiue eccl'ie valde deuotū Amplꝰ q̄ mō ꝑta
cto ſe ſbtraxerūt a turba fideliū ꝓpꝛia poſſidentiū ī duo
gn̄a ſunt diuiſi. Quidā em̄ vt dictū eſt vitā ꝛ ꝓfeſſionē
aſſumpſerūt monaſticā. alij ꝟo iter hoīes ſecl'ares ꝑmāſe-
rūt: ꝛ deſeruierūt eccl'ie ſub ſctōꝝ epoꝝ viuētes regimine
Sācti nanqꝫ epī q̄ illis fuerūt tꝑibꝰ cōiunxerūt ſibi fide-
les deuotos ꝛ l'ratos q̄ erant domeſtici epoꝝ aut ꝓpe do-

mũ preſulũ ꝯmorãtes ⁊ inter ſe vitam cõem ac ſctãm du
cẽtes iuxta ꝑinductã aplicã inſtitutionẽ cũ additioĩbꝰ ob
ſeruãtijſqꝫ deuotis quas eis ſcti tradiderũt epi qꝛ̃ clerici
erant ⁊ cũ ipſis epis laudibꝰ dei vacãtes: ac media nocte
ſurgẽtes aut paulopoſt ad ꝑſoluendũ nocturnũ ac matu
tinale officiũ Verũtñ inſtar monachoꝝ nõ fecerũt vota
illa ſolẽnia oĩ religioni monaſtice ſubſtãtialia. Hi itaqꝫ
videnẽ fuiſſe inceptores atqꝫ ꝑmordia vite ⁊ vocatiõis
canonicoꝝ: q̇ cũ oẽs cũ epis ſctis ꝯmorari nõ poſſent di
ſpoſiti ſunt ĩ locꝭ deuotis q̃ collegia ſunt vocata ſb̃ epoꝝ
regimĩe mediãte decano. q̊ꝛ etiã loca monaſteria dicebã
tur. habebantqꝫ refectoriũ vnũ ⁊ dormitoriũ idẽ diuinis
obſequijs diligẽter intẽti: oẽmqꝫ ĩcontinẽtiã ſumme vitã
tes. Hinc Clemens papa in q̃rta ſcribit ep̃la. Dilectiſſi
mis fr̄ibꝰ ⁊ ꝯdiſcipulꝭ hieroſolymitanis cũ chariſſimo fr̄e
et coep̃o cohabitãtibꝰ Clemẽs ep̃s ſalutẽ. Cõis vita oĩ
bus vtpote clericis ẽ nccãria ⁊ maxĩe his q̇ deo irrephen
ſibiliẽ cupiũt militare ⁊ vitã aploꝝ eorũqꝫ diſcipuloꝝ vo
lũt ſectari: q̃propẽ doctrinis ⁊ exẽplis aploꝝ obedire ꝑcẽ
pimꝰ. Hinc demũ. Hiero. ad Nepotianũ. Clericus im
q̇t talẽ exhibere ſe debet vt ⁊ dñs poſſideat eũ: ⁊ ipe poſſi
deat deũ. ⁊ cũ ſcriptũ ſit ꝑs mea dñs nihil extra dñm hẽre
põt. Qz ſi q̇ppiã aliud habuerit ꝑter dñm ꝑs eiꝰ nõ erit
dñs. Verbi grã ſi aurũ ſi argentũ ſi poſſeſſiones aut va
riã ſuppellectilẽ cũ his ꝑtibꝰ dñs eius pars fieri non dig
natur. De hac materia in Decreto. capitulo. xij. plenius
ꝯtinetur. Unde rurſus ſcribit Hieronymus. duo ſunt
genera chriſtianorum. Unum quod mancipatũ diuino
obſequio ⁊ deditum contemplationi ⁊ orõni ab omĩ ſtre
pitu tꝑalium ceſſare conuenit. vt ſunt clerici ⁊ deo deuo
ti qui ſimplici victu ⁊ veſtitu contenti nullã inter ſe ꝓprie
tatem habentes debent omnia habere cõmunia.

# Confirmatio p̄dictorum

ex ꝟbis ſctoꝝ patrū. ⁊ cur clerici ſic vocent̄ ⁊ q̄re data ſint
eis a pplo ſtipēdia vite ⁊ an licite habeāt ꝓpa. Ar. II.

Sanctus doctor ⁊ p̄ſul Iſidorꝰ .vij. ethimolo. libro
diſſeruit. Cleꝝ ⁊ clericos hinc credimꝰ appellatos
qꝛ Mathias ſorte electus ē. quē p̄mo ꝑ aplos legi
mus ordinatū. Cleros etem̄ grece latine ſors vel heres
dꝛ ꝓpterea ꝙ dicti ſunt clerici qꝛ de ſorte ſunt dn̄i: vel qꝛ
deū ꝑtem hn̄t ⁊ ds eoꝝ ꝑs eſt. Generalit̄ aūt clerici nun
cupati ſunt oēs q̄ in ecclia chr̄i deſeruiūt: quoꝝ gradꝰ ⁊ noīa
hec ſunt. hoſtiariꝰ. pſalmiſta. lector. exorciſta. accolitꝰ ſub
diaconꝰ. diaconꝰ. p̄ſbyter. ep̄s. Ampliꝰ Gratiano teſtā
te maioꝝ ⁊ minoꝝ ſacerdotū diſcretio in nouo teſtamen
to ab ip̄o chr̄o imediate ſumpſit exordium. q̄ duodecim
aplos tanq̄ȝ maiores ſacerdotes ⁊ ſeptuaginta duos diſ
cipulos tanq̄ȝ minores inſtituit ſacerdotes. btiſſimū ꝟo
Petꝝ in ſummū ſacerdotē elegit: dū ei claues regni celo
rū ꝓ oībꝫ ⁊ p̄ oībꝫ tribuit: ⁊ a ſe petrā petri nomē ſibi im
poſuit. hāc eandē formā ſicuti apli in ſingulis ciuitatibꝫ
ep̄os ⁊ p̄ſbyteros ordinauerūt. leuitas āt. i. diaconos ab
aplis legimꝰ ordinatas. Inferiores ꝟo ordines vtpote
ſbdiaconos accolitos ⁊c. ꝓcedēte tp̄e ecclia ſibi ꝯſtituit.
Inſuꝑ ſicut Raymūdus Ioānes Vlricꝰ alijq; teſtant̄
Icc irco a laycis ⁊ ſecularibꝫ dicta ſunt tp̄alia bona ecclie
vt qꝛ laycis ip̄is nō vacat iugit̄ orōnibꝫ atq; diuīs obſe
quijs imorari ac inherere. miſtri ecclie clerici ſuppleāt vi
ces ⁊ imꝑfectū laycoꝝ orādo ac miſtrando ⁊ ſatiſfaciēdo
ꝓ ip̄is q̄ꝝ elemoſynis ſtipēdijſq; fouent̄. Poſtremo ſicut
iam patuit non ſolū tp̄e p̄mitiue ecclie ſȝ ⁊ poſtea plimis
annis. clerici ⁊ canonici ꝓpria hr̄e nō poterāt imo eodem

refectorio ac dormitorio vtebant qd̄ poſtea p̱ diſpenſa/
tionē aut alijs modis imitatū eſt. declināte ad deploran
dam ruinā eccl'ia in capitibꝫ ſuis ac mēbris quā vtinā ad
p̄ſtinū modū feruorē ac inſtitutū reducere dignet̃ omp̄s
Etem q̄ quāta ꝛ q̄lia vicia orta ſunt atꝫ q̄tidie oriant̃ ex
relaxatiōe illa vite cōis dormitorijqꝫ eiuſdē expientia po
tius docuit ꝛ oſtēdit q̄ꝫ lingua poſſit exprimere.

## Qd̄ canonici obligentur

ad vitam valde virtuoſam ac exemplarē caſtam ꝛ humi
lem. Articulus. III.

Sicut euāgelica lex ab vnigenito dei filio tradita eſt
lex toti⁹ charitatis ꝛ pietatis lex vtiqꝫ toti⁹ pfectio
nis docēs cūcta carnalia ꝛ terrena ɔtēnere. ſpirita/
lia diuina ac celeſtia iugit̃ affectare. ſummo ꝛ inuariabili
deo mēte pura ac feruida īceſſibl'r adherere. Sicqꝫ chri
ſtiani p̄ vniuerſ mūdi natiōibꝫ tenent̃ eē charitatiui. pij.
ſpiritales diuini exēplares. patiētes. hūiles. caſti. ſobrij ꝛ
pfecti nec aliter digni ſunt a chr̄o chr̄iani vocari. Nō em̄
ſufficit eis chr̄m ſeq̄ p̱ fidē dūtaxat. ſꝫ neceſſariū ē ad ſalu
tem atqꝫ ad ſalutarē chr̄iani vocationē vt per idoneā ob
ſeruantiā p̄ceptoꝝ p̱ exercitatiōem ꝟtutū. p̱ vitā deo pla
centē dn̄m deū ſuū ieſum chr̄m ſectent̃ quēadmodū ipſe
met dn̄s ꝛ ſaluator fatet̃. qd̄ inq̄ens dicitis mihi dn̄e et
nō facitis q̄ dico. Quo ɔſtat q̄ inanit̃ ꝛ īdigne noīat eū
dn̄m q̄cunqꝫ trāſgredit̃ dei p̄ceptū. Hinc itex dixit. Nō
oīs q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ: ſꝫ q̄ fac
voluntatē pr̄is mei q̄ in celis ē. Itēqꝫ refert. Eſtote pfe/
cti ſicut ꝛ pr̄ vr̄ celeſtis pfectus ē. Deniqꝫ q̄ꝫ ſpiritales eē
tenent̃ pādit Apl's dicēs Qui aūt chr̄i ſunt h̄ ē ad chr̄m
ptinētes tanqꝫ veri miniſtri ipi⁹ carnē ſuā crucifixerūt cū
vicijs ꝛ ɔcupiſcentijs. Itaqꝫ chr̄iani tenent̃ chr̄iformiter

conuerſari.i.chriſtū in om̄i charitate:humilitate:patien
tia:ſobrietate:ꝛ ꝯtinētia imitari. Alioq̄n ad maiorē ſuā
dānationē chr̄iani vocanꝫ. Iccirco Joēs apl̄s ait. Qui
ſe dicit in chr̄o manere debet ſicut ille ambulauit:ꝛ ipſe
ambulare. Interea q̄ꝫ integre ꝛ ſincere opteat dn̄o obe/
dire eluſceſcit ex ꝟbis apl̄i Jacobi ꝓteſtātis. Quicunqꝫ
totā legē impleuerit offendit aūt in vno:factus eſt oīm
reus. Ecce q̄ꝫ arta eſt via ſalutis.cū ꝛ ꝑ vno ꝟbo infliga
tur eterna dānatio quēadmodū veritas atteſtaꝫ. Qui
dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehēne ignis. Simil'r q̄
vel vnū ſcādaliſauerit puſilloꝝ.tormēta recipit inferorū
eodē dn̄o affirmāte. Qui ſcādaliſauerit vnū ex his puſil
lis q̄ in me credūt expedit ei vt ſuſpendaꝫ mola aſinaria
in collo eius.ꝛ demergatur in ꝓfundo maris. Amplius
vniuerſis in ſe credētibꝫ iuſſit legifer noſter. Diligite ini
micos veſtros.bn̄facite his q̄ vos oderūt.ꝛ orate ꝑ ꝑſe/
q̄ntibꝫ ꝛ calūniantibꝫ vos. Hec ꝗ ꝛ multa ſiīia ardua ad
quēlibet ꝑtinēt chriſtifidelē. Porro q̄ aliq̄s in altiori eſt
gradu aut ſtatu q̄ plura aut maiora ſortitus eſt dona eo
ad ꝟtuoſiorē obligatꝰ ē vitā Etem̄ cui plus datū ē plus
requiriꝫ ab eo: Qui ꝗ canonicꝰ eſt nō ſolū ad ꝑ̄tacta te/
neꝫ euāgelice legis p̄cepta ꝫ etiā ad ea q̄ canonicꝭ ſpēalitꝫ
iniūgunꝫ. Qui ꝟo nō ſolū extat canonicꝰ ꝫ inſuꝑ in aliq̄
ſacro ꝯſtitutus eſt ordine vltra predicta obligaꝫ ad ea q̄
ꝯſtitutis in ordīe illo p̄cipiunꝫ. Qꝫ ſi p̄latus paſtorve fu
erit ſeu curā aſſumpſerit aīaꝝ:ad multa maiora ac ſubli
miora teneꝫ. Cū itaqꝫ dictū ſit miſtros eccl'ie atqꝫ cano/
nicos iccirco clericos appellari:qm̄ ipi ſpēal'r ſtꝫ ſors ſeu
ꝑs ac hereditas dei vtpote diuinis obſequijs mancipati
ac deputati ꝑtꝫ q̄ꝛ excellēter ſic viuere obligenꝫ:vt inuiſi/
biles hoſtes diuini honoris nihil iuris aut dn̄ij in ipſis
obtineāt.ꝫ oīno cū ſtabili ac ſincera fidelitate ad deum

ptineant Item dictũ est iccirco clericis ſeu canonicis tpa
les redditus a laycis aſſignatos qtenus nõ ſolũ p ſua ſa
lute ſʒ ⁊ vice ⁊ loco laycorum omnipotẽti miſtrent. iuſtumqʒ
iudicẽ nõ ſibi dũtarat ſʒ eis qʒ quorum viuũt ſtipẽdijs pla
care ⁊ reconciliare ſemp tenent. eiuſqʒ laudibꝫ oronibꝫ et
miniſterijs p ſe fundatoribꝫ ⁊ benefactoribꝫ ſuis debite
vacent ⁊ imorent. Vñ elicit qʒ pure ac ꝟtuoſe obligati
ſint viuere qtenus de plenitudie ꝟtuoſitatis ſue ⁊ de ſu
orũ abundãtia meritorum primis ſuis tã viuis qʒ mortuis
ſic valeãt cõicare ac ſubuenire. Jõ horas canonicas ⁊ ce
teras ad qs tenent orones laudes pſalmodias tenẽtur
cũ diligẽtia grandi pſoluere. haud dubiũ qn diſtincte ſol
licite ac deuote. ſeqʒ miniſtros deo dignos ac placitos ex
hibere. Alioqn nil iuris habebũt in bonis eccl'e. in pa
trimonio crucifixi. in ſtipẽdijs militũ dei: put pfundꝰ do
ctor Wilhelmꝰ Pariſieñ in pluribꝫ locis teſtat. Vlricus
qʒ in ſumma ſua. Et ꝯſonãt Ray. Duran. Joẽs ⁊ alij.

## De his que canonicis ſpecialiter iniunguntur. Articulus. IIII.

Quemadmodũ ſm Jſid. clericus nũcupat a cleros
qd eſt ſors ſeu ps. qꝛ ſpẽal'r de ſorte eſt dei ⁊ deus ẽ
eius hereditas. Sic canonicꝰ appellat a canon qd
eſt regula. Atqʒ aſſerit Gratianꝰ. Regula dr eo qꝛ recte
ducit: nec aliqñ alīorſuʒ trahit. ſiue vt alij dicũt: qm regit
et recte viuẽdi dat formã. vel qm id qd diſtortũ ⁊ prauũ
ẽ corrigit Clerici ġ vocant canonici qm regularẽ ⁊ rectaʒ
tenent ducere vitã viciorum obliqtates vitãdo: atqʒ ad ve
rã btĩtudinẽ p ꝟtutũ itinera ſincerit gradiẽdo: iuxta pſi
xa eis a pribꝫ ſctis ſtatuta. Quis aũt a gñalibꝫ ꝯcilijs a
pontificibꝫ ſummis a doctoribꝫ ⁊ prelatis eximijs Hie

ronymo. Auguſtino. Gregorio. Iſidoro multa ſint inſti
tuta a canonicis obſeruanda: q̄ in decreto hincinde tan
gunt. hec tñ q̄ntum iã ſufficit in p̄ncipio tertij decretaliũ
cõpẽdioſe collecta ſunt. q̄ inter cetera fert ⁊ precipit Cle
rici arma portãtes ⁊ vſurarij excõicent. Si q̄s clericorũ
comã relaxauerit anathema ſit. Si q̄s ex clericis mona
ſteria monialiũ ſine manifeſta ⁊ rõnabili cã freq̄ntare p̄
ſumpſerit p̄ ep̄m arceat. ⁊ ſi nõ deſtiterit: ab officio eccl̃ie
aſtico reddat imunis. Inſup Innocẽtiꝰ. iij. in gñali cõci
lio ait vt clericoꝝ mores ⁊ actꝰ in meliꝰ reformẽt: cõtinẽ
ter ⁊ caſte viuere ſtudeãt vniuerſi p̄ſertim in ſacris ordi
nibꝫ cõſtituti ab oĩ libidinis vicio p̄cauẽtes. q̄tenus in cõ
ſpectu oĩpotentis dei puro corde ⁊ caſto corpe valeãt mi
niſtrare. Ne ꝟo facilitas venie incentiuũ tribuat delinq̄n
di ſtatuimꝰ vt q̄ dep̄hẽſi fuerint incõtinẽtie vicio labo
rare. put magis vel minꝰ peccauerit puniant ſm̃ canoni
cas ſanctiões q̄s efficaciꝰ ⁊ diſtrictiꝰ p̄cipimꝰ obſ̃uari vt
q̄s diuinꝰ tior a malo nõ r̃uocat. tp̃alis ſaltẽ pena coher
ceat a pctõ. h̃ eſt vt ab officio ſuſpẽdant atq̄ eccl̃iaſticis
bñficijs ſpoliẽt. Preterea a crapula ⁊ ebrietate oẽs cle
rici diligent abſtineãt: vñ vinũ ſibi tẽperent nec ad bibẽ
dum q̄ſpiã incitet cũ ebrietas mẽtis inducat exiliũ ⁊ libi
dinis, puocet incentiuũ. Jdõ illũ abuſum decreuimꝰ peni
tus abolendũ. quo in q̄buſdã ptibꝫ ad equales porꝰ ſuo
mõ ſe obligãt potatores. Si q̄s aũt in his ſe culpabilez
exhibuerit niſi a ſupiori cõmonitus reſipuerit. ab officio ⁊
bñficio ſuſpendat. Clerici officia vel cõmertia ſecularia
neq̄q̄ exerceãt maxĩe inhoneſta. Mimis ⁊ ioculatoribꝫ
et hiſtrionibꝫ nõ intẽdant. tabernas p̄ſus euitẽt niſi for
ſan cauſa neceſſitatis in itinere cõſtituti. Ad aleas ⁊ taxil
los nõ ludãt nec hmõi ludis interſint. Coronã ⁊ tonſu
ram habeant cõpetentẽ. ſeq̄ in officijs eccl̃iaſticis ⁊ alijs

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0014-8

ſtudijs bonis exerceant diligēter. Clauſa deferāt deſup̄ veſtimēta. nimia breuitate vel lōgitudine non notanda: pānis rubeis ⁊ viridib⁹. manicis ſotularib⁹ ꝯſuticijs frenis ⁊ ſellis deauratis aut aliā ſupfluitatē ingerentib⁹ nō vtant. fibulas aut corrigias argēto ſeu auro ornatas nō ferant nec anulos: niſi q̄bus cōpetit ex officio dignitatis. Precipiendū eſt vt null⁹ ſacerdos feīas de q̄b⁹ ſuſpitio eſſe pōt teneat. Si p̄sbyter diaconus aut ſubdiacon⁹ de quacūq̧ feīa crimīe fornicatōis ſuſpect⁹ poſt p̄mā ſcdā ꝫ aut tertiā admonitionē inueniat fabulari aut cū ea alīq̄ mō ꝯuerſari. excōicationi ſubdat. Cū clericis nō ꝑmittā tur mulierculę habitare. niſi forte de illis pſonis exiſtant de q̄b⁹ natura leuis nil ꝑmittat crimis ſuſpicari. Clerici ludos ⁊ ludibria nō exerceāt in eccl'ia. Bona clericoꝝ veniāt in cōi in vna domo veſcant ⁊ ſub vno dormiāt tecto. Ecce ex his inoteſcit q̧ regularꝭ deuota ⁊ exēplarꝭ olim extiterit ⁊ nūc q̄ꝫ merito eſſet vita canonicoꝝ. Jō ꝑtimeſcant nec ſibi de irrōnabili diſpēſatiōe q̄ diſſipatio ē nec ꝫ de ꝯſuetudine laxa q̄ corruptela eſt blandiant. Cū mat et origo vere ⁊ excuſantis diſpēſatiōis ſit ꝟa necitas eui denſve vtilitas vt ſcti ⁊ ſummi pontifices Leo atq̧ Gelaſius: doctores q̄ꝫ p̄cipui ꝯteſtant. Sed iam ꝯſeq̄nter de his in ſpēali aliquid plenius eſt tangendum.

## Clerici ſeu canonici nō debent arma portare neq̧ bellare nec comā laxare nec vſurarij eſſe. Articulus. V.

Miniſtris eccl'ie clericis ſeu canonicis ſicut iā patuit ꝯuenit atq̧ iniūgit diuino cultui inſudare orōni cōtemplatiōi ac laudib⁹ creatoris vacare ⁊ oīpotentē deum ſibi ipſis q̧ p̄ximis q̄b⁹ ſuſtentant ſtipendijs exhibē

reſpicium ⁊ placatū. Cū ergo ab actib⁹ iſtis marie impedi-
ant exercitia bellica in quibus eſt inquietudo ⁊ ſollicitudo
cordis precipua. hinc bellare interdicit eis ſicut ⁊ negotia-
tio Hinc quia nō debēt arma portare ne occaſionē aut inci-
tamentū habeāt preliandi ⁊ ne oſtendāt ſe ad pugnādum
paratos ⁊ ne alios ſcādalizent. Verūtn̄ ſi per loca periculo-
ſa agerēt iter poſſent ad incutiendū hoſtib⁹ terrorē atque
ad defendendū ſe cū moderamie inculpate cautele ⁊ tu-
tele arma ad hoc neccāria ferre. Inſuper canonici cū altaris
miſterio deputent in quo chriſti paſſio ſub ſacro repn̄tat. meri-
to prohibent ſanguinē fundere. imo admonent eē parati ad
proprij ſanguinis effuſionē pro chriſto atque iudicia Hinc obſuā-
dum ē eis qđ ait Apl's. Noli verbis contēdere ad nihil enim
vtile eſt niſi ad ſubuerſionē audientiū. Itemque ſi quis videt
contencioſus eē nos talē conſuetudinē nō habem⁹ neque eccl'ia
dei. Ideo ait ſcriptura. Honor eſt hoi cū ſepat ſe a lite. Por-
ro ſpiritalib⁹ armis debent eē muniti ad repugnandū ac
preualendū hoſtib⁹ ſue ſalutis atque ad talē armaturā ſuo ex-
emplo laycos debēt inducere. De hac re in libro de offi-
cijs ⁊ alibi mlt'a ſcripſit ſctūs pr̄ Amb. In decreto quoque hinc
plurima inducunt: imo in gn̄ali cōcilio fuerat inſtitutū.
Quicūque clericus in bello aut rixa aut in ludis gentiliū
mortu⁹ fuerit. neque in oblatiōe neque in orone pro eo poſtu-
let ſed in man⁹ incidit iudicis: ſepultura tn̄ nō puet. In ſy-
nodo etiā Toletana eſt ordinatū. Clerici qui in quacūque
factiōe ſumpſerint arma amiſſo ordinis ſui gradū mona-
ſterio penitēt tradant. Sic ⁊ in geſtis Melden̄ cōcilij le-
git. Quicūque ex clero militaria arma nō ſumāt nec arma-
ti incedāt ſed pfeſſionis ſue vocabulū religioſis morib⁹ ⁊ re-
ligioſo habitu pbeāt qđ ſi cōtēpſerint tanque ſacrorum cano-
nū cōtēptores ⁊ eccl'iaſtice auctis prophanatores proprij gra-
dus amiſſione mulctent. quia non pn̄t ſil' deo ⁊ ſclo milita-

re. Inſup oẽm mũdanũ ornatũ ꝛ ꝗcquid ꝓuocatiuũ ex-
tat libidinis vanãqꝫ curioſitatẽ ꝓrſus debẽt vitare cũ ip-
ſis ꝑcipue ab apl'o iniũgat᷑. Nolite ꝯformari huic ſcl'o ſꝫ
renouamini ſpũ mẽtis vr̃e. Hinc come larationẽ. capilloꝝ
decorẽ. criniũ reflexio nẽ ꝛ potiſſime tonſure optionẽ. de-
bent penit⁹ abhorrere ac fugere cũ ꝛ feminis ꝓhibeatur
capilloꝝ ornatus. Siqdem vt ſupꝛ Job ſcribit Albert⁹
talia ꝯcupiſcentiã ꝓuocãt Porro clerici iubent᷑ eẽ ornati
tã interiori qꝫ̃ exteriori ꝟtutũ ornatu vt corda eoꝝ deco-
rent᷑ ſapia atqꝫ ꝟtutib⁹ forinſecus ꝗꝫ reſplendeãt morib⁹
ita vt modeſte incedãt ꝛ in viſu omniqꝫ ſenſu ſint cuſtodi-
ti. Poſtremo vſura nõ eis dũtaxat ſꝫ vniuerſis ꝗꝫ fideli-
bus diſtrictiſſime ꝓhibet᷑. cũ ꝛ teſte Pho. Uſura ſit ma-
xime ꝯtra naturã. Uirũqꝫ iuſtũ deſcribens ꝓpha. Pecu-
niã inqt ſuã nõ dedit ad vſurã: imo vt Clymac⁹ ꝓteſtat᷑
Auarus eſt euãgelij ſubſannator. qꝫ̃tomagis vſurarius
potiſſime cleric⁹ quẽ laycis ſpiritaliorẽ ꝛ ꝟtuoſiorẽ eſſe
oꝑtet: dicẽte gl'ioſo Hiero. Uehement᷑ deſtruit eccl'iam
laycos eſſe clericis meliores. Uſura ꝓo ꝛ ſymonia ſunt
auaricie due ſpẽs peſſime. Hinc ſcribit Iſid. Lege ſctõ-
rum patrũ ꝯtinet᷑ vt ſacerdotes ꝛ clerici ſiue canonici a
vulgari ꝛ ſeculari ſint vita ſecluſi a mũdi ꝛ carnis volup-
tatib⁹ abſtinẽtes. vſuris neqꝫ̃ incũbant. turpiũ lucroꝝ
ac fraudũ occaſionẽ abhorreant amorem pecunie tanqꝫ̃
materiã cunctorum criminũ fugiant.

## Quod corporis caſtitati mentiſqꝫ puritati canonici teneant᷑ eſſe intẽti. Ideoqꝫ monialium clauſtra freqntare nõ debeãt nec eaꝝ clauſurã itrare. VI

Istud potiſſĩe fortiſſime freqntiſſime miſtrꝫ eccl'ie
canonicꝫ ꝛ cũctꝫ i ſacrꝫ ordib⁹ ꝯſtitutꝫ iniũgit᷑ ꝛ iubet᷑
a mltꝫ ſctis ꝛ ſũmis põtificib⁹ a mltꝫ ſacrꝫ ꝯcilijs a
ꝓuincialib⁹ eẽ ſynodꝫ vt ab oĩ icõtinẽtia ꝛ deteſtabili for

nicatione ꝑſus abſtineāt. Quia in vicijs carnis eſt ma-
xima ⁊ manifeſtiſſima turpitudo beſtialitas īhoneſtas
ac feditas. Sed ⁊ vicia illa in clero ſunt vehemētiſſime
ſcādaloſa in ppl'o multa q̄ȝ ⁊ magna vicia ſunt eis ānexa
et cōcomitātia ex eiſdē ⁊ pariūt faſtidiū diuinoꝝ inſipidi-
tatē ſpūaliū rerū ac ꝟtuoſoꝝ exercitioꝝ horrorē mentem
obtenebrāt ⁊ ab om̄i celeſtiū ac diuinoꝝ ꝯtemplatiōe et
amore impediūt atq̄ auertūt. Itaq̄ cū ſacrū altaris mi-
niſteriū ſit marie purū ⁊ eccl'iaſtica ſacr̄a mundiſſima ac
ſpūaliſſima extent p̄ſertim euchariſtie ſacr̄m indecentiſſi-
mū vicioſiſſimūq̄ ꝯſiſtit miniſtros eccl'ie ⁊ altaris ſubia-
cere ⁊ inq̄nari ſpurciſſimis fediſſimis ⁊ īmundiſſimis vi-
cijs carnis ꝯcupiſcētijſq̄ brutalib⁹. ⁊ fonti puritatꝫ īmen-
ſe ſordidiſſimo corde aſtare ꝓ̄uire vniri. Hinc a tpe bea-
tiſſimoꝝ apl'oꝝ vicia iſta viliſſima fuerūt clericis ⁊ mini-
ſtris eccl'ie rigoriſſime ⁊ ſub maxis penis ꝓhibita. qđ vt
euidētius inoteſcat aliq̄d inde tangā. Et q̄uis rigor ille
iā proh dolor ſit nimiū relaxat⁹. nihilominꝰ vt pateat q̄
vehemētiſſime p̄res ſcti in q̄b⁹ excellētius viguit illumina-
tio ſpūſſcti zelus iuſticie amor ꝟtutū abhorruerint ac ꝓ-
hibuerint incontinentiā clericoꝝ canonicoꝝ ⁊ ſacerdotū
pauliſꝑ tangendū eſt de ſtatutis atq̄ canonib⁹ eorundē.
Scđm canones aūt apl'oꝝ ꝯſtitutus in ordie ſacro po-
tiſſime p̄ſbyter in viciū incontinētie lapſus deponebat ꝑ-
petue. qđ ⁊ poſtea diu fuit ſeruatū ꝑ adulterij crimie q̄-
ad pene inflictionē. Vn̄ in ſeptia Aurelianenſi ſynodo
ꝯtinet. Si q̄s cleric⁹ adulteraſſe ꝯuict⁹ fuerit vel ꝯfeſ-
ſus. depoſit⁹ ab officio in monaſteriū tote vite ſue tpe re-
tendat. Sȝ ⁊ ſctūs Clemens papa ſic ſtatuit de ꝑpetua
depoſitione ac pena p̄ſbyteri fornicantis vt legit. Poſt-
modū ꝟo tpe ſcti Syluestri pape rigor ille fuit aliq̄liter
mitigat⁹ q̄ntū ad ſacerdotes ⁊ clericos ſpōte ꝓ̄pa ac libe-

re penitētes atqꝫ a tanto ſcelere deſinētes. Nēpe in Gan
garenſi cōcilio legit qđ ꝛ in decreto diſt. xxviij. inducitur
Preſbyt ſi fornicationē ↄmiſerit: qꝛqꝫ ſm canones apo/
ſtoloꝝ debeat deponi. Tñ iuxta auctem bti Sylueſtri
pape. ſi in vicio nō ꝑmāſerit ꝫ ſua ſponte adiecit vt reſur
gat decē annis in hunc modū peniteat. Trib mēſib a
ceteris remot cōfratrib pane ꝛ aqua a veſpa in veſpe/
rā vtat. Dieb aūt dñicis ꝛ ꝑcipuis feſtis modico vino
atqꝫ piſciculis leguminibuſqꝫ vtat ſine carne ꝛ ſanguine
ouis q̄ꝫ ꝛ caſeo ꝛ ſacco indut humo adhereat: die ac no
cte iugiter dei miſcđiam implorās. Finitis trib mēſib
ↄtinuis exeat tñ in publicū nō ꝓcedat ne grex fidelis in
eo ſcandalū patiat. Nec tñ debet ſacerdos publice ꝛ ſo/
lēni penitētie ſubiacere vt laycus. Poſtea virib aliquā/
tiſꝑ reſumptis annū cū dimidio in pane expleat ꝛ aqua
dñicis dieb exceptis feſtiuitatibuſqꝫ ꝑcipuis: in qb vi/
no ꝛ carnib ſanguine ꝛ ouis ꝛ caſeo iuxta canonicā men
ſurā poterit vti. Finito aūt ꝑmo anno ꝛ dimidio corꝑis
et ſanguinis dñi ꝑticeps fiat ne indureſcat: ꝛ ad pacē ve/
niat. i. fratrib recōciliet ac pſalmos cū eis in choro vlte/
rius cātat nec tñ ad cornu accedat altaris. ꝫ iuxta bti Cle
mentis vocē minora gerat officia. Deinde vſqꝫ expletio
nē ſeptimi anni oīni tpe exceptis dieb paſchalib tres le
gitimas ferias in q̄libet hebdomada in pane ꝛ aqua ie
iunet. Expleto circulo ſeptimi anni ſi frēs apđ quos pe/
nituerit pniam ei ↄdignā laudauerint eps in ꝑſtinū ho
norē iuxta bti Calixti auctem illū poterit reuocare. Sa
ne ſciendū ꝙ in ſcđa feria vnū canēdo pſalteriū aut vnū
dādo paupib denariū opus ē ſe redimere poterit finitꝭ
ſeptē annis. Deinde vſqꝫ ad finē decimi anni ſextā feriā
nulla interueniēte redēptione obſeruet in pane ꝛ aqua.
Porro tpe ꝓcedēte rigor ꝑtactus inuenit laxat ꝛ tñ me

diſcriter obſeruatus. ſicut ex tertio decretaliū innoteſcit
q̄ int̄ cetera Alexand papa. iij. recitat̄ cuidā ſcpſiſſe epo.
Clericos in ſacris ordibꝫ ꝯſtitutos q̄ detinēt ꝯcubinas.
ꝑ ſuſpēſionis ⁊ interdicti ſniam debes artius cogere: vt
ipas mlieres a ſe remoueāt ꝙ de ipis ſiniſtra ſuſpitio nō
poſſit haberi. Et ſi q̄ ipoꝝ ad eas redierint vl alias accē
pere p̄ſumpſerint in aliq̄s ipoꝝ debes ꝑpetuā ſniam ex
cōicatiōis iferre vt alij eoꝝ exēplo a ſilibꝫ retrahant̄ Idē
q̄ꝫ pōtifex ſummus Cātuariēſi archiepo ſcpſit. Mādā
mus vt clericos vr̄e iuriſdictiōis q̄ in ſbdiaconatu ⁊ ſupˀ
focarias ſeu fornicarias habuerit ſtudioſe monere cure
tis vt illas a ſe remoueāt eas vlteriꝰ minime admiſſuri.
Si ꝓo acq̄eſcere ꝯtēſerint eos ab eccliaſtic̄ bn̄ficijs vſqꝫ
ad ſatiſfactionē ꝯgruā ſuſpēdatis Si āt ſuſpēſi eas pre
ſumpſerint detinere ab eiſdē bn̄ficijs ꝑpetuo remouere
curetis Rurſus in alio loquit̄ decretali Qm̄ ſit volupta
tibꝫ ⁊ carnalibꝫ deſiderijs atqꝫ diuinis ⁊ eccliaſticis obſe
quijs clerici vacare nō valēt ob īmundiciā ſuā eccliaſtic̄
bn̄ficijs ſt̄ ꝓuādi. De hoc varie decretales ſummoꝝ pō
tificū Gregorij Sirictij. Lucij. Innocētij ⁊ alioꝝ i decre
talibꝫ ꝯtinent̄. Ubi ⁊ addit̄. Prelati q̄ tales clericos i ſu
is iniq̄tatibꝫ p̄ſumpſerint ſuſtinere maxīe obtētu pecunie
vel alteriꝰ cōmodi tēperat̄ pari ſbiaceāt vltioni. Hinc ē
decreto diſt. lxxxiij. legit̄ inſtitutū. Si q̄s eps fornicatiōē
p̄ſbyteroꝝ aut diaconoꝝ ſeu clericoꝝ: vl crimini iceſtus ī
ſua dioceſi p̄ce aut p̄cio interueniēte ꝯſenſerit vl ꝯmiſſuꝝ
auctē ſui officij nō impugnauerit ab officio ſuſpēdat̄ Ex
q̄bꝫ ꝟbis ibidē ꝯcludit̄ Eps ꝙ taliū crimina nō corrigit
magˀ dicēdꝰ ē canis ipudicꝰ q̄ꝫ eps Quid āt ſit ꝯſentire
Gratianꝰ exponit ſbdēdo. Qui nō reſiſtit vicio ⁊ errorē
ꝯſentit. Hinc Innocētiꝰ papa. Error inq̄t cui nō reſiſtē
tur approbat̄ ⁊ ꝟitas dū nō defenſat̄ opprimit̄. nec caret

ſcrupulo ſocietatis occulte q̄ maifeſto facinori deſinit ob
uiare. qđ totū de p̄latis q̄ ex debito ſui officij tenent̄ reſi
ſtere eſt potiſſime capiendū. Que cū ita ſe habeāt q̄ntū
deflēde ſunt feces tp̄m hoꝝ q̄ntū deplorādus ē miſerabi
liſſimꝰ ac deformatiſſimꝰ eccl'ie huiꝰ ſtatꝰ. In q̄ aut nll'a
aut ſola pecuniaria infligit̄ pena p̄ſbyteris clericiſq; laſci
uis ꝛ in ſuis ꝑmittunt̄ ſedere ſceleribꝫ i g̃uiſſimū ſcādalū
laicoꝝ. Nec vlla fit viſitatio canonica clericoꝝ: imo non
nulli ita exēptos ſe gl'iant̄ vt nec a ſuo decano neq; a p̄ſule
ſuo corrigi poſſint, qđ tale ē velut ſi monachus eximat̄ a
correctiōe ſui abbatꝭ ſiue p̄oris. O q̄lis ē tal' exēptio cū
et ꝯtra exēptionē multominꝰ irrōnabilē ꝛ iniuſtā ſctūs ꝛ
illumiatiſſimꝰ pr̄ Bern̄. in li. de ꝯſideratiōe ad Eugeni
um papā acerrime ac ſapientiſſime ſcribat ꝛ eā multipl'r
reprobet atq; de ea Eugeniū papā nō mediocrit̄ dire re
darguat. Ve imūdis ac miſerꝭ ipune peccātibꝫ q̄ malūt
diſtrictiſſimo ac metuēdiſſimo dei iudicio reſ'uari ac ma
nus incidere dei viuētis q̄ꝫ i p̄ntia ſuis p̄latꝭ debite caſti
gari atq; ſctōꝝ patrū ſubiacere canonibꝫ ꝛ decretis. Nō
ne tales vident̄ eē de nūero reproboꝝ ab eterna btitudi
ne alienoꝝ ac filij īfernaliū tormētoꝝ q̄s dimittit om̄ps
ſm̄ deſideria cordis eoꝝ ꝛ eūt i adinuētiōibꝫ ſuis. Inſup
q2 canonici ꝛ oēs i ſacrꝭ ordibꝫ ꝯſtituti diuio ſtꝭ cultui cō
ſecrati. eoꝝ fornicatio ſacrilega ē ꝛ ſacrilegiū appellat̄. cū
fit violatio ordis ſacri ꝯ̄ctioq; idig̃ ꝛ ſcelerata abuſio rei
dn̄o ꝯſecrate. Hic ſpeal'r ꝓhibent̄ clauſtra monialiū fre
q̄ntare imo ſb excōiſ pena ꝓhibitū eis ē monialiū clauſu
ras itrare ad vitādū oio de oēm occōnē ſacrilega ac vicio
ſiſſiē ꝯmixtiōis cū ill' q̄ dupl'r eēt ſacrilega ꝛ adulteriū q̄d
dā ieffabil'r ꝓrſus enorme cū ꝑſonis ſpōſo celeſti oblatis
ꝓfeſſ ꝛ ꝯſecratꝭ atq; iductio earūdē ad violatōez ꝛ tn̄ſgreſ
ſiōem voti ſolēnis qđ de caſtitate ſuāda ꝓmiſert altiſſiꝰ

# De ſobrietate canonicis obſeruanda oīqʒ crapula ꝛ ebrietate vitāda. Ar. VII.

SIcut dn̄s p Ozee ꝓpham locut⁹ eſt. Vinū ꝛ ebrietas ꝛ mulieres .i. fornicatio auferūt coꝛ .i. mentē excecant atqʒ iudiciū obtenebrāt rōnis. Cumqʒ optimū hoīs ſit eſſe ꝛ viuere ſm rōnis cenſurā. ꝯſtat ꝙ crapula ingerat hoī maxia nocumēta. Nā ledit naturā. abbreuiat vitā. intellectū obſcurat. voluntatē ſubuertit. varias parit īfirmitates tediū ꝛ torporē faſtidiū diuinoꝝ gignit acidiam cauſat ad iniuriandū alijs facit p̄cipitem ſomnolentiā negligentiāqʒ inducit ad loquacitates nugas falſitates inſtigat ꝛ oēm cordis cuſtodiā ꝯpunctiōem timorē diſſipat ꝓrſus. Jccirco nō tm̄ canonicis ꝛ cūctis ceteris ſpiritalib⁹ pſonis ſʒ vniuerſis qʒ fidelib⁹ ꝓhibetur chr̄o dicēte. Attendite ne grauent corda vr̄a crapula vel ebrietate aut curis ſeculi hui⁹. Deniqʒ ſicut gula mentē cōmaculat: ita ꝛ corpus reddit deforme ꝛ monſtris conſimile naturali decore ꝛ ꝯueniēte q̄ntitate hoiem priuat Viliſqʒ illa ac breuis voluptas guſtus emit nimiū p̄cioſe. Hinc ſctūs ait Bern. Voluptas gutturis q̄ tāti hodie eſtimat vix duoꝝ obtinet latitudinē digitoꝝ ꝛ huius tā modice ptis tā exigua delectatio q̄ta parat ſollicitudine. q̄to ſumptu q̄ grandi laboꝛe q̄tam deīde parit moleſtiā hinc mōſtruoſius dilatant renes ꝛ humeri hinc tumētes vteri nō tam impinguant q̄ impregnant aruina. dūqʒ carnis onus oſſa nō ſuſtinēt moꝛbi varij generant. Jllecebroſa ꝛ vilis voluptas quātis laboꝛib⁹ atqʒ diſpēdijs cōparat. Gula ꝛ libido voluptati deſeruiūt carnis Crapula ꝛ ebrietas calix eſt demonioꝝ: q̄ cū aut mentē aut ventrē repleuerit chr̄s in hoīe crapuloſo non inuenit

locum quēadmodū ignis ⁊ aqua ſimul eſſe nō valent. ſic
ſpūales ⁊ corꝑales delitie ſe in eodē nō patiunt̃ Ubi cra
pulā ructātis inter pocula ſenſerit chr̄s vina ſua ſuꝑ mel
et fauū ſuauia mēti ꝓpinare neq̄q̄ȝ dignat̃. Certe vbi cu
rioſa ⁊ delicata ciboꝝ potuūqȝ diuerſitas paſcit vētrem
panis ille celeſtis ieiunā ⁊ vacuā deſerit mentē. Filij ho/
minū vſqȝq̄ graui corde qm̄ pingui corꝑe. cur diligitꝫ va
nitatē ⁊ negligitis veritatē Cur voluptatē amatis ⁊ ꝟtu
tē ac ſalutē amittitis: imo ꝑ breui ac feda delectatōe eter
nā vobis amaritudinē ꝓcuratis ita ꝙ cito cū diuite epu/
lone guttā aque ꝓ refrigerio cupietis nec obtinere pote/
ritis. Nempe in q̄s ardor tartaree ſitis infernaliſqȝ fa/
mis acerbiſſima punctio magis q̄ȝ in guloſos deſeuient:
q̄ pauperū neceſſarias ſuſtētatiōes in ſuas ꝯuertūt deli/
tias. Plane ⁊ rurſus teſtat̃ ſctūs Bern̄. Pinguedo car
nis delicie corꝑis ſaturitas ventris aut an̄ mortē vos de
ſerēt aut vos in morte hec relinquetis. Hic caro veſtra
paulopoſt deputabit̃ vermibꝫ illic aīa infernalibꝫ tradē
da eſt ignibꝫ donec rurſus īfeliciter colligate ſine fine ſo/
cient̃ in penis q̄ ſocietate fuerunt in vicijs. O delicate q̄
delitijs ac diuitijs circūfuſus es ⁊ ꝯfuſus ꝯfuſionē expe
ctas ⁊ mortem atqȝ damnationē. Aduerte ꝙ ait Apl̃s
Nō eſt regnū dei eſca ⁊ potus. nō byſſus ⁊ purpura qm̄
diues oībꝫ his abundās deſcēdit in puncto ad inferos.
Quid ad hec dicitis delicati ⁊ lubrici q̄ꝝ d̄s venter eſt q̄
in luxurijs ⁊ ꝯuiuijs enutriſtis corda ⁊ corꝑa vr̄a. Audi
te qꝛ eſca vētri ⁊ vēter eſcis d̄s aūt ⁊ hūc ⁊ has deſtruet
Aduertāt timeātqȝ canonici q̄ ab obſeruātijs ſacroꝝ ca
nonū pene totaliter corruerūt qđ ait infallibilis iudex.
Ue vobis q̄ ſaturati eſtꝫ qꝛ eſurietis. Ue voƀ diuitibꝫ
q̄ habetis ꝯſolationē veſtrā. Ue vobis q̄ nūc ridetꝫ qꝛ
plorabitis ⁊ flebitꝫ. Nōne de talibꝫ ſcꝑſit Judas apl̃s.

Hi ſunt in epulis ſuis macule ꝯuiuantes ſine timore ſe
metipſos paſcẽtes deſpumãtes ſuas ꝯfuſiones q̇bꝰ pcella
tenebraꝝ cõſeruata ē in eternũ. Cur ſctũs ille apl's. hi in
q̇t ſunt in epul' ſuis macl'e. ꝛ nõ potiꝰ hi ſunt in epul' ſuis
maculati niſi ꝙ epulãdo incidũt tot ꝛ tãta pctã vt nõ ſo
lũ maculati ſꝫ ꝛ macl'e appellent'. ſicut q̇buſdã ex gẽtilita
te cõuerſis ſcribit apl's. Fuiſtis aliqñ tenebre. Epulãdo
q̇ppe nõ ſolũ excedũt in q̄ntitate ꝛ q̄litate eſcaꝝ ac potuũ
ſꝫ itẽ in ꝟbis vanis ſupfluis ꝑuis ne dicã ḋtractorijs ſcur
rilibꝫ ꝛ laſciuijs. i. iocis ludis cachinis diſſolutõibꝫ amiſ
ſioneq꜄ tpis ꝛ omiſſiõibꝫ m'ltis. Talibꝫ clamat Johel ꝓ
pha. Expgiſcimi ebrij ꝛ flete ꝛ vlulate oẽs q̇ bibitꝭ vinũ
ĩ dulcedĩe qꝛ pibit de ore vr̃o. Inſup vicioſaꝫ matrẽ vide
licꝫ gulã vicioſioꝛ filia luxuria ſeq̇ ſolet Nõne vniuerſi fi
deles ad artã viã ad pniale ꝯuerſationẽ ad vitã corã al
tiſſimo timoratã tenent' Et q̄nto canonici in altiori g̅du
ſpiritalioriq꜄ ſtatu ſtꝭ ꝯſtituti. tãti pre vulgo ꝟtuoſiores
magiſq꜄ ſobrij ꝛ timorati ꝯſiſtere obligant'. Nemo ſedu
cat ſeipm ab vnoq̇q꜄ exigit ḋs vt iuxta exigentiã ſue voca
tiõis ambulet digne. Porro ꝯſuetudo ꝑua q̇ diuturnioꝛ
es incurabilioꝛ atq꜄ iniq̇oꝛ. Hinc ab exordio ꝑmitiue ec
cleſie ſcti ꝛ btiſſimi pr̃es vicia carnis gulã ebrietatẽ laſci
uiã miſtris eccie diſtrictiſſime rigoriſſime ac vbertim ꝓ
hibuerũt put de h̓ in decreto m'lta habent'. In canonibꝫ
q̇ꝫ aplo꜋ legit'. Eṗs aut pſbyt' aut diaconꝰ alee ſeu ebrie
tati deſeruiẽs aut deſinat aut dãnet'. i. deponat' Subdia
conꝰ aut lectoꝛ aut cantoꝛ ſilia faciẽs aut deſinat aut cõi
one ꝑuet' Hinc rurſus diſt. xxxv. inducit'. Añ oĩa a cleri
cis vitet' ebrietas qñ oĩm vicioꝝ fomes ꝛ nutrix eſt. In
Agathenſi q̇ꝫ cõcilio Clericus quẽ ebrioſum fuiſſe cõſti
terit triginta dieꝝ ſpacio a cõione ſubmoueat' aut corpal'
ſubdat' ſupplicio. Deniq꜄ cũctis credentibꝫ ſcribit ꝛ in

ſtringit apl's. Nō in comeſſationib9 ⁊ ebrietatib9. Itemq̄
Curam carnis ne feceritis in deſiderijs. Et denuo. De-
bitores ſumus carni non vt ſcḋm carnē viuamus. Si eñ
ſcḋm carnem vixeritis moriemini. Hoc eſt quod ſanctiſſi-
mus apoſtoloꝝ pͥnceps hortat᷑. Chariſſimi. obſecro vos
abſtinere a carnalibus deſiderijs que militant aduerſus
animā. Qḋ aūt vas ait electionis. Oportet epiſcopum
ſobrium eſſe. caſtum non vinolentum ad vnūquemq̄ in
ſacro conſtitutū ordine ptinet. Prout ſancti patres Am-
broſius ⁊ Auguſtinus fatent᷑. Interea q̄ꝫ rarum ſit atq̄
difficile eos qui ſobrietati non ſtudent caſtimoniam cō-
ſeruare ex verbis innoteſcit Hieronymi ꝓteſtantis. Ec-
cleſie pͥncipes ac miniſtri qui delitijs affluūt ⁊ inter epu-
las pudicitiā ſe ſeruare credūt: eijciendi ſunt iuxta ꝓphe-
tam de domib9 ſpacioſis ⁊ lautis conuiuijs in tenebras
exteriores. Qui rurſus diſſeruit. Ventris ingluuies ad
luxuriā ꝓuocat ⁊ opus om̄e bonū diſſoluit ⁊ vēter vino
eſtuans cito deſpumat in libidinē. Venter eq̄dem ⁊ ve-
recundiora ſibijnuicē ſunt ꝓpinqua vt ex vicinitate mem-
brorum conſiderationem intelligas vicioꝝ. Preterea ſa-
cerdotib9 veteris teſtamenti quoꝝ ſacerdotiū carnale fu-
it ⁊ typicū dn̄s iuſſit Leuitici pͥmo. Vinū ⁊ om̄e quod
inebriare poteſt nō bibetis. quando intrabitis in taber-
naculū teſtimonij ne moriamini. vt habeatis ſciaꝫ diſcer-
nendi inter ſanctū ⁊ ꝓphanū: quātomagis ſacerdotibus
et miniſtris eccl'ie: quorum ſacerdotum ordo ⁊ ſtatus ſpi-
rituales ſunt ac diuinis aſſidue occupati qui ⁊ quotidie
templū dei ingrediunt᷑. Vitanda eſt omnis carnalitas
vinolentia ingurgitas ⁊ voluptas. Sobrietatem igitur
amplectent᷑ que eſt mentis ac ſenſuū corpis ⁊ membroꝝ
cuſtodia ⁊ tutela caſtimonie ac pudoris ꝓtectrix. pacis ⁊
amicicie cōſeruatrix. Ebrietas ꝟo in ſacerdote ⁊ canonī

ro ſacrilegiū eſt in alijs crimē. Sobrietas vitā nature ꝓ
longat. vitā grē fouet. vitā glīe ꝓmeret. ꝓportionatum ⁊
validū efficit corpus ⁊ cor pſtat tranquillū ad ꝑfectū ſa
pientie ac ꝟtutū prepat mentē ad vacandū diuinis obſe
quijs ad gloriandū in hymnis ⁊ pſalmis ad inherendū
meditationibꝫ ſacris reddit idoneū. Canonici ḡ q̄ caſto
corpe mūdoq̄ȝ corde iubent oīpotenti ſeruire ⁊ cultui eiꝰ
aſſiduo eſſe intēti hāc indeſinēter ſeruent virtutē ⁊ ſicut
pōtifex ſummus diſtricte inſtituit. vina ſi fortia ſint tem
perent ſibi: nec vnus aliū incitet ad potandū. Sȝ ⁊ ſum
me ⁊ inuiolabilit̄ caueāt ad hauſtus potare eq̄les qd̄ ꝓr
ſus beſtiale ac fatuū eſt cū non ꝯueniat cōplexioni ſtatui
ve vnius qd̄ ꝯuenit aut minus diſcōuenit alteri Poſtre
mo q̄ȝ viciosum ⁊ enorme ſit in aliquo p̄dictoꝝ excedere
patȝ ex eo q̄ꝛ ſummus pōtifex p̄cepit reos in talibꝫ ab offi
cio bn̄ficioq̄ȝ ſuſpēdi niſi cōmoniti reſipiſcāt. Et ſi cano
nicorū p̄latus nō corripuerit ita agētes. vel ſi qd̄ abſit in
p̄tactis aut aliquo p̄tactoꝝ ꝑſonaliter peccet quāta dāna
tio iminet ei. ſilr̄ q̄ȝ canonicis culpabilibꝫ in p̄dictis nec
tn̄ in vita hac recipientibus diſciplinam.

## Qualiter ꝓhibitū ſit cleri
cis ⁊ miniſtris ecclīe negociationi intēdere ſeu ſecularia
officia vel cōmertia exercere. Articulus. VIII.

SEcundū exigentiā finis diſponēda ſunt media. Fi
nis nāq̄ȝ neceſſitatē iponit his q̄ ordinant̄ in ipm.
Cū igit̄ iuxta p̄habita ad hoc iſtitutꝰ ꝓuiſus atq̄ȝ
dotatꝰ ſit ſtatꝰ canonicoꝝ vt q̄eta pura ⁊ libera mēte va
cent ac ſeruiāt creatori. ⁊ cū meritis ſuis ⁊ p̄cibꝫ reconcili
ent ꝓpiciumq̄ȝ exhibeāt tam ſibi q̄ȝ eis quoꝝ elemoſynis
atq̄ȝ ſtipēdijs ſuſtentant̄ Hinc eis ꝓhibent occupatiōes

et actus q̄ directe ac vehementer impediūt a ꝑtacta men
tis vacatione q̄eta a pura adheſione cū deo ab interna li
bertate circa diuina q̄ exoneratͬ a curis mūdanis ſeculari
buſqꝫ negocijs. Hec aūt ſunt negociatio q̄ ordinatͬ ad lu
crum terrenū mundana cōmertia ſecularia q̄ꝫ officia. ꝑ q̄
oīa coꝛ valde diſꝑgitͬ ad externa implicatͬ terrenis ꝛ a ſpi
ritalibꝫ ac diuinis retrahitͬ. Quo ꝯ ait apl's. Nemo mi
litans deo implicat ſe ſecularibꝫ negocijs. Vn̄ in geſtis
Carthaginenſis fertͬ cōſilij Nicaſius eps dixit. Credo
ſuggeſtionē meā ſanctitati vr̄e placere ꝛ diſplicere vob
vt q̄ ſeruiūt deo ꝛ annexi ſunt clero: ad actōes vel āmini
ſtratiōes aut ꝓcuratiōes domoꝝ accedāt. Gratian⁹ eps
dixit. Epſ'oꝝ ſtatuta ſunt. Nemo militans deo implicat
ſe ſecularibꝫ negocijs. Propterea clerici ſint ſine auctori-
bus domoꝝ aut auctores domoꝝ ſine officio clericoꝝ.
Preterea ad hec ꝓbanda plīma inducūtͬ. xiiij. queſtiōe
Vt illō Terraconēſis cōcilij Canonū ſtatutis firmatū
eſt vt q̄cunqꝫ in clero eſſe voluerit emendi vilius ꝛ ven-
dēdi carius ſtudio nō vtatͬ. alioq̄n cohibeatͬ a clero Hic
ſctā ſynodus Nycena inſtituit. Qm̄ multi clerici auari-
cie turpia lucra ſectātes diuinū ꝑceptū obliti ſunt. Sta-
tuit hoc ſctm̄ ꝯciliū vt ſi q̄s inuētus fuerit poſt hāc diffi
nitionē vſuras accipe aut ex q̄libet tali negocio turpia lu
cra ſectari vel ſpēs frumentoꝝ ad ſeptuplū dare. Oīs q̄
tale aliq̄d conat⁹ fuerit ad queſtū deijciatͬ a clero ꝛ alien⁹
habeatͬ ab eccl'iaſtico ḡdu. Hinc ait. Gelaſi⁹ papa Cle
rici ab īdignis queſtibꝫ nouerint abſtinendū ꝛ ab oī cu-
iuſlibet negociatiōis ingenio ꝛ cupiditate ceſſandū. In
q̄cūqꝫ ꝓo ſint ḡdu ſi ceſſare noluerint mox ab eccl'iaſticꝭ
officijs cogēdi ſītꝫ abſtinere In ꝯcilio q̄ꝫ Martini pape
ꝑcipitͬ Si q̄s oblit⁹ timorē dī fenerauerit vl' cētēſimā ex
egerit aut ex q̄libꝫ negocio turpe lucꝝ q̄ſierit: aut ꝑ diuer

ſas ſpẽs vini aut frugis vel cuiuſlibet rei emẽdo vel ven
dẽdo incremẽta ſuſcepit a gradu ſuo deiect⁹ alicuius ha
beat a clero His ꝯſonat illḋ Melchiadis pape. Decre
uit ſctã ſynodus nullũ deinceps clericũ poſſeſſiones con
ducere aut ſecularibꝫ ſe negotijs ꝑmiſcere niſi ꝓpter curã
pupilloꝝ aut orphanoꝝ atqꝫ viduaꝝ. Aut ſi eps eccl'ia/
ſticarũ rerũ ſollicitudinẽ eũ hr̃e ꝑcipiat qꝛ ⁊ alia ſtꝫ nego
cia ſecularia ⁊ alia eccl'iaſtica Interea q̃ ſunt negocia iſta
clericꝫ ĩterdicta circa finẽ tertij decretaliũ ex Lateranẽſi
ꝯcilio declarat Multa ſtꝫ inq̇t ſcl'aria negocia ex q̇bꝫ pau
ca ꝑſtringem⁹ ad q̃ ꝑtinẽt oĩs carnal' cõcupia. Et q̇cq̇d
plus iuſto appetit hõ turpe ẽ lucꝝ. Munera iniuſte acci
pe aut dare ꝓ aliq̃ ſcl'ari q̃ſtu ꝑcio aliquẽ ꝯducere ꝯtẽtio
nes lites vel rixas amare in placitis ſcl'aribꝫ diſputare ex
cepta defenſiõe orphanoꝝ aut viduaꝝ. Cõductores aut
ꝓcuratores eẽ ſcl'ariũ reꝝ turpis ꝟbi aut facti eſſe iocula
torẽ aut iocũ ſcl'arẽ diligere aleas amare ornamẽtũ incõ/
ueniẽs ſtatui ſuo q̃rere. in delitijs viuere. velle gulã aut
ebrietatẽ canes vl' aues ſeq̇ advenãdũ. ⁊ q̇buſcũqꝫ vanis
aut ſuꝑfluis ĩtereſſe. Ecce iſta hiſqꝫ ſil'ia miſtris altaris
dei ⁊ monachis oĩno ĩterdicim⁹ Hic in apl'oꝝ canonibꝫ
ꝯtinet. Eps aut ſacerdos aut diacon⁹ neq̃qꝫ ſecl'ares cu
ras aſſumat. Alexand̓ qꝫ. iij. ſb ĩterminatiõe ait anathema
tis ꝓhibemus ne monachi vel clerici cã lucri negocient.
Hiero. q̇z negociatorẽ inq̇t clericũ ⁊ ex ĩope diuitẽ factũ
atqꝫ ex ignobili gl'oſuz q̃ſi q̇ſdã peſtẽ fuge Itaqꝫ ſacerdo
tes ⁊ clerici ꝓhibẽt ſcl'ariũ negocioꝝ eẽ ꝓcuratores. Hic
in decreto. cap̃. xxij. q. iij. Nicola⁹ papa affirmat. Perue
nit ad ſctãm ſynodũ q̇ſdã ex clero ꝓpt turpe lucꝝ maioꝝ
poſſeſſionũ ꝯductiões ⁊ ſcl'ares cãs aſſumere. Decreuit
ḡ ſynodus ſctã deinceps nullũ ſacerdotẽ aut clericũ vel
monachũ cõducere poſſeſſiones aut ꝑmiſceri ſecularibꝫ

ꝓcuratio̅ibus niſi forte q̇ legib⁹ ad minoꝝ etate tutelas aut orphanoꝝ vel viduarū inexcuſabiles neceſſitates at trahant, aut eps eccl'iaſticarū rerū gubernacula eis com/ miſerit. Itaq̃ ꝓut freq̄nter tangit in decreto quedā ex/ tant negocia cūctis illicita vtpote q̄ fieri nequeūt abſq̃ culpa ſicut vſura ⁊ ſymonia. Quedā ꝟo ſunt q̄ raro ⁊ dif ficulter queunt fieri ſine pctō vt ꝑtacta negocia. A q̇bus cur abſtinendū ſit clericis ⁊ miniſtris eccl'ie compēdioſe tangit Thomos in.ij.ij.q.lxxvij.dicens. Clerici abſtine re debent nō ſolū ab his q̄ in ſe mala ſunt ꝫ etiā ab his q̄ ſpēm hn̄t mali quā habꝫ negociatio qm̄ ordinat ad lucꝝ terrenū cuius debēt clerici eē cōtemptores. Scd̄o ꝓpter freq̄ntia negociatoꝝ pctā. Tertio qm̄ ꝑ negociationem implicat anim⁹ ſecularib⁹ curis ⁊ retrahit a diuinis. Hic ſctūs martyr ⁊ ꝓſul Cypꝛianus cām hoꝝ aſſignans fatet. Qui diuino ſunt ſacerdotio honorati atq̃ in clericoꝝ mi/ niſterio cōſtituti nō niſi altari ac ſacrificijs deſeruire pre/ cib⁹ ⁊ lectionib⁹ ſacris debēt vacare. Ecce ex his conſtat ad quā ꝟtuoſam q̇etem ſpiritalē ⁊ exēplarē vitā teneant canonici q̇ non ſolū a malis ꝫ inſuꝑ ab oī ſpē mali ⁊ a vi/ cioꝝ occaſionib⁹ ꝓhibent. ab oī q̇z ſenſuali affectiōe a de litijs ſeculi a pōpa ⁊ mūdano ornatu. imo vanis atq̃ ſu/ ꝑfluis factis ludis iocis intereſſe ſimpl'r ꝓhibent. Hinc eis p̄cipit ne mimis ⁊ ioculatorib⁹ aut hiſtrionib⁹ ſint in tēti ⁊ ne ad taxillos aut aleas ludāt nec talib⁹ ludis aſſi/ ſtant ſicut de hoc ſequenti articulo magis tangetur.

# Canonici ⁊ in ſacris ordi

nibus cōſtituti debēt mimos ⁊ ioculatores ac hiſtriones vitare. ludūq̃ aleaꝝ ac taxilloꝝ atq̃ tabernas. Ar. IX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0029-5

Miniſtros eccl'ie quos a ſeculariū vita ꝛ moribꝫ diſ
ferre optet neceſſe ē maturitati moꝝ ac ꝓbitati va/
care. ꝯpunctiōi atqꝫ diuino timori opam date: ſicqꝫ
in ꝯſpectu altiſſimi oꝛonibꝫ ac pſalmodijs atqꝫ pnie acti
bus inherere vt ꝓ ꝓprijs ac fundatoꝝ ꝛ bn̄factoꝝ ſuoꝛuꝫ
exceſſibꝫ ꝛ pctis ſatiſfaciāt deo. Jccirco cauere iubenꝰ ea
q̄ ꝯpunctionē maturitatē deuotionēqꝫ diſſipāt. diſſoluti
onē inducūt ꝛ ſeculares generāt timores vt ſunt familia/
ritates exercitia ludi ꝛ ioci mimoꝝ ꝛ ioculatoꝝ ac hiſtri/
onū viſitatio tabernarū ꝯmeſatiōes ꝛ lyta ꝯuiuia luſus
aleaꝝ ꝛ taxilloꝝ. q̄bꝫ multa enoꝛmia ꝯiuncta ſunt vicia:
vt patebit. ꝛ ex amoꝛe ꝓcedūt pecunie auariciāqꝫ cōcer/
nunt. Interea vt fundamētalius euidētius ac certius in/
noteſcat q̄liter canonicis ꝛ miſtris eccl'ie interduꝫ liceat
ludere: ꝛ q̄ ludi eis ſint liciti. Aduertendū ꝙ Thomas
ſcribit in. ij. ij. Durādus q̄ꝫ in ſumma ſua. Joānes i ſum
ma ꝯfeſſoꝝ ꝛ alij ꝯcoꝛditer aſſerūt. Queadmodū hō in
diget coꝛpali refocillatiōe q̄ete ꝛ ſomno qꝛ nō valet conti
nue laboꝛare. Sic in aīa indiget viriū recreatiōe atqꝫ ſo
lacio qđ fit ꝑ aliq̄ vba aut opa in q̄bꝫ nō intēdiꝰ neqꝫ re
quiriꝰ niſi delectatio aīalis. Et hec vba aut opa vocata
ſunt ludicra ꝛ iocoſa. Circa q̄ tria ſunt obſeruāda. Pri/
mū eſt vt delectatio talis nō q̄raꝰ ꝑ vba aut facta inho/
neſta turpia aut nociua alicui. Scđm ē ne grauitas ſeu
deuotio coꝛdis nimis reſoluaꝰ ꝑ talia. Tertiū vt iocus
ſeu ludus exiſtat ꝯueniēs ex ꝑte ꝑſone ꝛ loci ac tpis alijſ
q̄ꝫ ꝯtutū circūſtātijs debite decoꝛeꝰ. Virtus aūt ꝑ quā
hō ita decēter ſe hꝫ in ludis ſm Phm. iiij. Ethic. eutra
palia vocaꝰ. Poꝛro ſi ludo admiſceātur verba aut facta
turpia. laſciua. nociua. ſcādaliſatiua. mēdoſa graue pctm̄
eſt ꝛ freq̄nter moꝛtale: imo affectꝰ ad ludū ꝛ iocū poſſet
eſſe tam imoderatus diſſolutus ꝛ vehemēs ꝙ eſſet moꝛ

tale pctm̃ q̃uis ludus in ſe nõ eſſet niſi pctm̃ veniale Ex
his elicit qb⁊ ⁊ q̃n ac qualiter liceat ludere. Illis plane
ludere licz mõ p̄fato q̄ ſpiritalib⁊ aut corpalib⁊ exercitijs
bonis inſiſtũt vſq3 ad rõnabilē fatigationē nõ aũt his q̄
loquacitati ⁊ ocio vacãt q̄ riſus ⁊ diſſolutiões admittũt
q̄tidie q̄ lauta agunt ↄuiuia. ⁊ in eis p verba cachinnos
diſſolutiões imoderantiaſq3 excedũt. Grauiter igit pec/
cant ⁊ intolerabilia ꝓmerent ſupplicia miſtri eccl'ie pſer/
tim canonici atq3 in ſacris ordinib⁊ ↄſtituti q̄ cum q̄tidie
ea q̄ dei ſunt curſorie agãt horas feſtinãter pſoluãt. imo
de diuino officio ſe celeriter nimis expediãt. Deinde ea
q̄ carnis ſunt expleãt diligēter ⁊ laute ac moroſe reficiant
ſuaſq3 habeant ↄſolatiões in multis. ⁊ tñ q̄ſi aſſidue ſeu
freq̄nter refectiõe ↄpleta aut alijs horis ludis vacant io
ciſq3 imorant aut etiã qđ enormi⁹ eſt ad taxillos ſeu ale
as ludũt aut ludis illis interſunt cõicantes ⁊ fauētes lu/
dentib⁊ ſeu in lucro ⁊ dãno ipſoꝝ participãtes Certe iſti
nõ hñt rõnabilem cãm ludēdi ꝫ potius horis qb⁊ ludũt
deberēt ſua deplorare pctã ⁊ tps qđ in alijs vanis recre/
ationib⁊ ocioſitatib⁊ fabulatiõib⁊ riſib⁊ infructuoſe imo
et vicioſe ↄſumũt recupare ꝓ poſſe negligētias q̄z ⁊ defe
ctuoſitates q̄s diuinũ ſoluendo officiũ incidũt ⁊ cõmit/
tunt deflere. Hi inſup nimiũ ſuis ludis imorant ⁊ iocis
⁊ deuotionē maturitatēq3 cordis ſi quã pauloante habe
bant totaliter diſſipãt ⁊ corrumpũt. Heu q3 piculoſa ē
taliũ vita q3 pdita atq3 dãnabilis q̄ pro eo q prandio fa
cto ⁊ cena cõpleta deberēt ad cameras ſuas redire aut li
berarias intrare ⁊ ſacris lectionib⁊ ſaluberrimiſq3 conſi/
derationib⁊ eſſe intenti, put ſctũs loq̄tur Cypanus ſe ad
exteriora oĩno effundũt ad carnalia ⁊ mundana ſolacia
intimorate exponũt ac varijs modis p̄cioſiſſimũ temp⁹
ſibis indultũ inutiliſſime ac lamentabiliſſime pdunt. ſue



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0031-2

vocatiõis ſtatũ nõ attendẽtes nec conſcias ſuas corã deo
diſcutiẽtes imo ad ꝗ quãta ꝛ q̃lia teneant᷑ vix vnꝗ debi/
te efficaciterq̧ pẽſantes. De talibꝫ ait electus dei Bern.
In ſolentia clericoꝝ vbiq̧ terraꝝ turbat eccl̃iam ꝛ mole
ſtat alienis nimirũ laboribꝫ locupletant᷑ comedũt fructꝰ
terre abſq̧ pecunia ꝛ ꝑdit quaſi ex adipe iniq̃tas ipſoꝝ.
Mens q̃ppe aſſueta delitijs nec exculta diſciplĩs mĺtas
ↄ̃hit ſordes. Quãtos videmꝰ ꝗ nõ chr̃o dñ̃o ſꝫ ſuo deſer
uiũt vẽtri atq̧ ĩ mĺtis eoꝝ fornicatio regnat ꝗ puritatis
ac toti ĩpuro corde ꝛ ſordido corꝑe miſtrãtes nõ verent᷑
iuxta ſe ſtare angelum dei ꝗ ſecet eos medios ꝛ diſꝑdat.
Preterea ſicut ĩ ſũma ſua Durãdus ꝑſeq̃tur. Ludus ꝗ
fortune ĩnitit᷑ vt ẽ ludus aleaꝝ nõ p̃t ꝓ pecunia fieri niſi
ſex ↄcurrãt. Primũ eſt ↄgruitas ꝑſone. clericis nanq̧ in
alea ludere nõ licet. Vñ aleator publicus ꝛ vſuriꝰ repel
lunt᷑ a dignitate obtinẽda. nõ obſtãte ↄſuetudĩe ↄ̃ria. ex/
tra de exceſ. ꝑ. Inter dilectos. In bñficio tñ obtẽto p̃t eĩ
eps grãm facere ſi ſe corrigat. al̃s de iure dꝫ deponi. xiiij.
q. iiij. Si q̃s. ꝛ ca. q̃ño. Scd̃m ẽ ↄgruitas materie qꝛ ꝓ
eſculẽto ꝛ poculẽto aliq̃ mõ ludere licet loq̃ndo de ludo
laudabili iuxta ꝓ̃habita. ita ꝙ ñ intẽdit᷑ niſi rõnabile ſola
tiũ ꝛ nõ lucꝝ. Iõ tertiũ eſt finis vt nõ ꝓpter auariciã ſꝫ re
creationẽ exerceat᷑. Quartũ eſt mẽſura qꝛ nõ licet ludere
vltra ſolidũ vnũ etiã ſi ludens ſit multũ diues: ca. de reli
gioſis. Quintũ ẽ ↄgruitas tꝑis vt nõ tꝑe luctꝰ aut pniẽ
vel cõionis fiat. Sextũ ẽ ↄgruitas mõi vt fiat ſine dolo
nec q̃s ↄ̃ legẽ faciat ludi nec aliũ ꝓuocet ad ludẽdũ. Ad
uertãt hec clerici ad tantã excecationẽ impietatẽ iſaniãq̧
ꝓlapſi vt nõ obſtãtibꝫ ſacris canonibꝫ ꝛ decretis audeãt
ꝛ ꝓ̃ſumãt publice taxillare ꝛ deſiderio lucri turpiſſimi ad
taxillos ꝛ aleas inſtar luſoꝝ ſeculariũ ludere cũ tñ ad lu
cratoꝝ reſtitutionẽ ſeu in pios vſus cõuerſionẽ penitꝰ te

neanꝛ nec aliter pñt ſaluari ſacramētaliter ve abſolui tot
quoqꝫ tamqꝫ grauiſſima crimina in hmōi ludo conſiſtāt
q̄ Raymūdus Hoſtieñ Joannes ⁊ aliȷ̄ mlti enumerāt
et infra forſan tangenꝛ Reſipiſcāt ergo miſerrimi ⁊ diuꝫ
ni penſent rigorē iudiciȷ̄ intolerabilia q̄ꝫ tormēta inferni
que paulopoſt incidēt irrecuꝑabiliter niſi iam non ſoluꝫ
deſiſtant ſꝫ ⁊ condignos agant penitentie fructus.

## Introductio variaꝝ cōſi-
derationū ſalubriū ex q̄bꝫ vniuerſi fideles p̄ſertim mini-
ſtri eccl'ie contēnere debēt oēm ſuꝑfluitatē ⁊ vanitatē lu-
doꝝ iocoꝝ ⁊ delectationū inaniū. Articulus. X.

SIcut teſtatur beatiſſimus princeps apoſtolorum.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis relinquens nobis
exemplū vt ſequamur veſtigia eius Ideo qui ſe in
chriſto manere debet ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ambula
re. Etem membra ſuo debent capiti adherere ⁊ confor-
mari. Chriſtus aūt in ſeculo iſto ſuſpiraſſe: ingemuiſſe
ploraſſe infremuiſſeqꝫ ſpiritu legiꝛ nunqꝫ autem iocaſſe
riſiſſe: luſiſſe. Eius ergo maturitatem ſerioſitatē: diligē
tiam quantū humana ꝑmittit fragilitas ſequi debemus
quemadmodū ipe iuſſit. Qui mihi miniſtrat me ſequa
tur. Et rurſus. Qui odit animā ſuā in hoc mundo: id ē
per modum odientis caſtigat affligit refrenat in vitam
eternā cuſtodit eā. Hinc in Eccl'iaſtico ſcriptū eſt. Poſt
concupiſcētias tuas non eas ⁊ a voluptate tua auertere
¶ Primū igiꝛ ad voluptatū vanitatū ⁊ diſſolutionū aſꝑ
nationē inducēs eſt cōſideratio ꝯuerſatōis xp̄i q̄ ſuis di
xit diſcipulis. Exemplū dedi vobis vt quēadmodū ego
feci ita ⁊ vos faciatis. Hinc ſctūs fateꝛ Hieroñ. Nō eſt

poſſibile iam gaudere cū ſeculo ꝛ poſtea regnare cū chr̄o. Hinc Salomō dixit. Riſum reputaui errorē: ꝛ gaudio dixi cur fruſtra decipis. Scd̄m eſt ꝯſideratio loci vite p̄ſentis. Sumus em̄ in ſeculo iſto tanꝗ̄ in graui exilio in valle lachrymaꝝ in domicilio erūnaꝝ in regione vmbre mortis in regno diſſilitudinis in pegrinatōe via ꝛ carcere. Idcirco ſuauiſſimū eſt in hmōi loco delitijs velle affluere vanitate reſolui riſu ꝛ ioco laxari: imo ꝗ in ſeculo iſto expetit diuitijs delitijs atqꝫ honoribꝫ pſperari ipo facto pādit ſe eſſe nō pegrinū aut exulē: neqꝫ patrie celeſtꝫ amatores ſꝫ ciuē ꝛ filiū babylonis ſeruū iniq̄tatis viatorem pditionis. Hinc loq̄tur Hiere. ꝓpha. Uſqꝫ ꝗ̄ delitijs diſſolueris filia vaga ꝛ ꝓphana rēnuit ꝯſolari aīa mea. Itēqꝫ ꝓpha. Heu mihi qꝛ incolatus meꝰ ꝓlōgatꝰ eſt. Atqꝫ de ſctis veteris teſtamēti ſeu legis nature teſtatur Apl's. Cōfitētes qꝛ pegrini ꝛ aduene ſunt ſup terrā A p̄nti ꝗ̄ exilio feruide ꝛ freq̄nter ſuſpiremus ad glorioſiſſimā illā patriā btōꝝ ꝛ gaudia mundi tanꝗ̄ eterne pocula mortis abhorreamꝰ cū apl'o ſctō dicētes. Mihi aūt abſit gl'iari niſi in cruce dn̄i mei ieſu chr̄i: p quē mihi mūdus crucifixus eſt ꝛ ego mūdo. Tertiū ē ꝯſideratio piculoꝝ ꝗbꝫ expoſiti ſumus. Uerſamur nāqꝫ ꝛ ambulamus indeſinenter in medio laqueoꝝ: ꝛ in campo ſeculi huius innumerabiliū inuiſibiliū atrociſſimoꝝ callidiſſimorūqꝫ hoſtiū ml'titudie vndiqꝫ circūuallato ꝛ pleno quoꝝ manus ꝛ rabiem euadūt pauciſſimi. Incerti em̄ ſumus an ꝯuerſatio noſtra placeat deo an finalit' ſimꝰ dānandi an pctā nr̄a ſunt nobis indulta ꝛ ſcimus ꝙ diſtrictiſſimū ac metuendiſſimū iudicē a ꝗ iudicabimur cito grauit' ml'tipliciterqꝫ offendimꝰ ꝙ itē ꝗ̄tidie ſepe peccamꝰ atqꝫ ad vicia ſimꝰ ꝓcliues. ꝗ oīa ſi digne ꝑpendimꝰ nō iocari ac ludere ſꝫ gemere ac lugere placebit. ꝛ cū Salomone fatē

bimur. Melius eſt ire ad domū luctus q̄ꝫ ad domū con
uiuij. In illa em̄ videlꝫ in domo luctus finis cunctoꝝ ad
monet hoīm ⁊ viuens cogitat q̄d futurū ſit. Quartū eſt
ꝯſideratio vniuerſoꝝ maloꝝ tam culpe q̄ꝫ pene q̄ quoti/
die fiunt in mūdo. ꝙ ſcꝫ tam multa ⁊ magna facinora in
ceſſabiliter fiūt in ſeculo ꝙ creator omp̄s a ſuis creaturꝭ
tam multipl̄r atqꝫ enormiter omī hora inhonorat ꝙ aſ/
ſidue tot aīe pereūt eternalit̄ ꝙ tot ⁊ tante tribulatiōes
erumne: inopie. deſolationes: oppreſſiones: merores cō/
tingūt inceſſanter atqꝫ inſunt homib⁊ ⁊ ꝓximis noſtrꝭ ac
chr̄i mēbris q̄s ſi diligim⁹ tanqꝫ noſipſos debem⁹ vtiqꝫ
compatiēs ſicut nobiſmetipſis ꝯpati optaremus in caſu
conſilī. Certe q̄ hec rite ꝑpendit cū Hiere. dicere pote/
rit. Quis dabit capiti meo aquas ⁊ oculis meis fontē
lachrymarū ⁊ plorabo die ac nocte. Si ſamuel tamdiu
ac grauiter deplanxit Saulem ⁊ Hieremias deſtructi/
onē hierl̄m. Paulus q̄ꝫ quoſdā Corinthioꝝ q̄ꝫtū ⁊ qua
liter deplorāda ſunt oīa mala ꝑtacta. Cōpatiamur igit̄
ꝓximis nr̄is afflictis tentatis periclitantib⁊ ⁊ deſolatis.
Quintū eſt multitudo ⁊ magnitudo nocumentoꝝ q̄ de
lectationes inferūt hoī. nā ꝑuant hoīes omī chariſmate
gratiaꝝ q̄ ⁊ Salomonē infatuauerūt ⁊ etiā traxerūt ad
diuini tranſgreſſionē p̄cepti ⁊ mentē vehemēter excecāt
atqꝫ in malis obdurāt: imo dānationē mereant̄ eternā.
Etem̄ breue eſt qd̄ delectat: eternū qd̄ cruciat. Quis ꝓ
voluptatib⁊ noctis vnius vellet tota die ſeq̄nte in arden
te iacere fornace. Cur ergo audem⁹ peccare mortalit̄ cū
pro vno mortali pctō pena infligat̄ eterna incendij infer
nalis. Sextū eſt vilitas feditas ac brutalitas carnalium
voluptatū ꝓpter quas hō maxie vituperat̄ deo ⁊ angelis
diſſimilis reddit̄ ac beſtijs ꝯformat̄. Vn̄ de carnalibus
exponit̄ illd̄ Johelis. Computruerūt iumēta in ſtercore

tuo. ꝛ qđ ait Pſalmiſta. Homo cū in honoꝛe eſſet non intellexit cōpatus eſt iumentis inſipientibꝫ. Inſuper voluptatibꝫ carnis ꝛ mundi multe amaritudīes ſint admixte ſuntqꝫ ſumptuoſe ꝛ ſepe cū grādi ꝑiculo acq̇runt laborioſe parant eaſqꝫ penitudo ꝯcomitant. Jđ Salomon loquit Adoleſcētia ꝛ voluptas vana ſunt. Jtēqꝫ. dixi vadam ꝛ affluā delitijs ꝛ fruar bonis ꝛ vidi ꝙ hoc q̄ꝫ eſſet vanitas. Jtaqꝫ in tp̄e iſto nobis ad penitendū ſi non ad iocandū ꝛ ludēdū indulto actibꝫ pn̄ie inſiſtamꝰ a cordis diſſolutōe vanitate ꝛ ītimoꝛata relaxatōe ſp̄ abſtineamꝰ

## De cōdecēti veſtitu eccleſiaſticoꝝ p̄ſertim canonicoꝝ ꝛ de multiplici eoꝝ exceſſu ī veſtibꝫ. ꝛ de cupiditate eis vitanda. Articulus. XI.

Quanto miniſtri eccl'ie tenent pre laycis eſſe virtuoſioꝛes eo debēt p̄ illis etiā in veſtitu ſimplicioꝛes humilioꝛes ꝛ exemplarioꝛes. Jmplereqꝫ debēt qđ in Eccl'iaſtico legit. Jn veſtitu ne gloꝛieris vnq̄ꝫ. imo q̄cq̄d intuentiū p̄ſertim feminaꝝ oculos ꝛ coꝛda pt ſcandaliſare ac libidinoſe mouere oēm videlicꝫ curioſum oꝛnatum ꝛ apparatū pompaticū tenent oīmode p̄cauere. Specialiter cū nō de eis dūtarat ſꝫ de om̄i q̄ꝫ credēte ſcti patres Hieronymꝰ Chryſoſtomus teſtent. Uir aut mulier ſe oꝛnans ꝛ ſuo oꝛnatu in ſe hoim oculos ꝓuocans etiamſi nullū malū inde ſequat: tn̄ eternū ſuppliciū patiet: quia venenū p̄buit ſi fuiſſet q̇ biberet. Si hoc tā moꝛtale ē in vulgaribꝫ: q̄nto iniquiꝰ eſt in miſtris eccl'ie q̇ p̄cipue obligant ceteras edificare ꝑſonas Cur ḡ incedūt tā compti et culti vt ſpōſe. ꝓut ait ſctūs Bern̄. Reſpice eminꝰ q̄liter incedūt oꝛnati tanq̄ꝫ ſponſa ꝓcedēs de thalamo ſuo: vt ſi alonge videris taliū quenq̄ꝫ. potius putes ſponſam

q̄ ſponſi paranimphū. Certe ſm̄ ſanctoꝝ patrū doctri/
nam iubent ſimplici veſtitu eſſe contenti. Interea diui/
nus ait Apoſtolus. Nolite conformari huic ſeculo ſꝫ re/
nouamini ſpū mētis veſtre. Canonicus igit̄ ꝛ ſacerdos
ab om̄i curioſitate pompa ſupfluitate vanitate. laſciuia
veſtium hoim mundanoꝝ debꝫ cauere ꝓut ſancti docto
res ac preſules Baſilius atqꝫ Iſidorus docuerūt. Sed
iam ſup hac re canones ꝛ ſtatuta ex diuina inſpiratione
editi ꝑpendant̄. Legit̄ nanqꝫ in ſeptima ſynodo et habe
tur in decreto. xxj. q. iiij. Omis iactantia ꝛ ornatura alie
na eſt ab ordine ſacro. eoſqꝫ epiſcopos ꝛ clericos q̄ ſe cla
ris ꝛ fulgidis veſtibꝫ ornant emendari oportet qui ſi in
hoc ꝑmanſerint ephithimio tradant̄. Similiter eos qui
vnguentis vtunt̄. Impij quoqꝫ deridētes eos qui vilibꝫ
et religioſis veſtibus amicti ſunt ꝑ ephitimiū corrigātur
Priſtinis em̄ temporibꝫ omnis vir ſacratus hoc eſt in ſa
cris ordinibꝫ conſtitutus cum mediocri ꝛ vili veſte con/
uerſabatur. Omne quippe qḋ nō propter neceſſitatem
ſed ꝓpter venuſtatem accipit̄. elationis habet calumniā
ſicut magnus ait Baſilius. Inſup Zacharias papa in/
ſtituit. Epi pſbyteri dyaconi indumentis ſecularibꝫ non
vtant̄ ſꝫ veſtibꝫ ſuo ordini congruentibꝫ. Necꝫ dum am/
bulauerint in ciuitate aut in via aut in plateis ſine operi
mēto ambulare pſumāt niſi in longo itinere: qꝛ ſicut mu
lier orans in eccl'ia non velato capite deturpat caput ſuū
Iuxta Apl'm. Ita ſacerdotes ſine operimēto euntes de
turpant ſacerdotiū ſuū. Qꝛ ſi temere pſumpſerint cōtra
ſtututa hec agere cōione ꝑuent̄ donec que ſtatuta ſunt i/
pleant. His conſonat qḋ ait Innocentius papa ſcḋs.
Precipiemus inq̇t vt tā epi q̄ꝫ ſacerdotes ꝛ clerici in ſta/
tu mētis i habitu corpis deo ꝛ hoibꝫ ſtudeāt cōplacere ꝛ
nec i ſupfluitate vl' ſciſſura aut colore veſtiū nec i tōſura

aſpectum intuentiū quoꝝ forma ꝛ exemplū eſſe debent offendāt ſ; potius qđ eoꝝ deceat ſanctitatem obſeruent. Hinc btūs ait Bern̄. Res pauperū nō pauperibꝫ dari ſacrilegij crimē eſt Porro facultates eccliaꝝ ſunt p̄rimonia paupeꝝ ꝛ ſacrilega crudelitate eis ſubripit̄ qcqd ſibi miſtri eccle vltra ſimplicē victū accipiunt ꝛ veſtitū Nec eīn ordinauit deus his q̄ euāgelio ſeruiunt de euangelio q̄rere diuitias vel ornatū ſ; viuere ex eodē vt ſint contēti corpis alimēto nec gule irritamēta nec incētiua querāt libidinis ꝛ quibꝫ tegant̄ non quibꝫ ornent̄ accipiāt. Sed qn̄ neceſſarijs poterit eſſe cōtentus q̄ eo aīo introiuit vt ſtipēdia cleri in vſus voluptatis. curioſitatis: vanitatis congreget ſeruet ꝛ expendat Hinc rurſus ait illuminatꝰ Bern̄. Clamant nudi clamāt famelici ꝛ ꝯquerunt̄ dicētes Nobis fame ꝛ frigore miſerabilr̄ laborantibꝫ q̄d cōferūt tot mutatoria veſtimentoꝝ vel extenſa in particis: vel plicata in māticis. noſtꝝ eſt qđ effunditis nobis crudeliter. ſubtrahit̄ qđ inutiliter ꝛ inique expenditis. habetis o curioſi q̄ delectemini ꝛ q̄ ſuſtētemur nō inuenimus nos miſeri. Deniq; iuſtus ac ſapiētiſſimus đs condidit iſta terrena in cōem oīm indigentiū vſum q̄tenus vnuſquiſq; ſcḋm ſui ſtatus decentiā inde vtat̄ Ita ꝙ tp̄alia bona q̄ntum ad vſum debent eſſe cōia q̄uis q̄ntum ad ius ſeu tytulū poſſidendi aut derogādi ac diſpēſandi quedā quibuſdā ſint ꝓpria ꝓut in. ij. ij. ſctūs determinat Thomas. Qđ ḡ vnus in ſuū vſum cōuertit ſupflue ſeu qđ ſibi reſeruat auare. Et itē qđ ſibi acq̄rit imoderate hoc ſubtrahit alijs p̄ſertim egenis ꝛ furti ſeu rapine incurrit pctm̄: imo ꝛ grauē crudelitatē. ꝓut wilhelmꝰ Pariſien̄ ꝛ Ulricꝰ declarāt. Hinc btūs pr̄ Ambroſiꝰ ꝓteſtat̄ qđ ꝛ i decreto habet̄ diſt. xxvij. ca. Sicut hi. Nunq̄d iniquꝰ ē đs vt nobis tā ineq̄liter diſtribuat vite ſubſidia vt tu q̄dem

ſis affluens ꝛ abundans alij aūt egentes. An potius ie
circo ſic accidit: qꝛ ꝛ tibi voluit deus benignitatis ſue ex
pimenta conferre ꝛ aliū ꝑ virtutē patiētie coronare. Tu
ergo ſuſceptis dei muneribꝫ ꝛ in ſinū aut vſum tuū reda
ctis nihil iniquū te reputas agere ſi ſubſidia vite multoꝝ
ſolus obtineas aut reſerues. Quis eñ tam iniuſtus tam
auarus ꝙ̄ q̇ multoꝝ etiā pauperū alimēta ſuū nō tm̄ mō
vſum ſ ꝛ abundantiam ac delitias facit. Neqꝫ em̄ mino
ris eſt criminis habēti tollere ꝙ̄ cū dare poſſis ꝛ abun
das indigētibꝫ denegare. Eſurientiū panis eſt quem tu
detines nudoꝝ veſtimentū eſt qđ recludis: miſeroꝝ re
demptio ꝛ abſolutio pecunia quā in terra defodis aut ī
ſcrinio claudis. Tantoꝝ ḡ te ſcias bona inuadere ꝙ̄tis
vales ꝛ non vis preſtare. His ꝑ oīa conſonat qđ mag
nus ait Baſilius. Si tibi inquit fateris diuinitus pue
niſſe tpalia bona an iniuſtus eſt deus inequalr̄ res ipas
nobis diſtribuens cur tu abundas ille ꝟo mēdicat. Ni
ſi vt tu bone diſpenſatiōis merita ꝯſequaris. ille videlꝫ
pauper patientie brauijs decoreꝝ. Famelici panis ē quē
tu detines. nudi tunica quā in conclaui ꝯſeruas. diſcalcia
ti eſt calcius q̇ apđ te marceſcit indigētis argentū quod
poſſides inhumatū aut clauſum. Idcirco tot indigētibꝫ
iniuriaris q̇t dare valebas. Aduertāt hec dn̄i noſtri ca
nonici q̇bꝫ nec vnū bn̄ficiū competēs ſufficit. Ponderēt
hec q̇ tot veſtes p̄cioſas ſeu pellibꝫ foderatas in cameris
habent iacētes q̇ aurū ſibi ꝛ argentū theſauriſant. aut li
bidinoſe ꝛ ſumptuoſe viuendo conſumunt. Attendant
quā iudici ſummo reddere poterūt rōnem cuiꝰ membra
fame ſiti nuditate ꝛ frigore ꝑmittūt affligi q̇bꝫ nec hoſpi
tium p̄bent aut lectū. Itaqꝫ ſicut in ſumma ꝟtutū ac vici
orum inducitur Miniſtri eccl'ie circa veſtitū multiplicit
grauiterqꝫ offendunt. Primo in nimia veſtiū p̄cioſitate.

Scd̄o in mollicie. Tertia in curioſitate. Quarto ī mul titudine eorundē cū dicat beatiſſimus Joannes bapti-ſta. Qui habꝫ duas tunicas id eſt vnā nō̄ neceſſariā det nō̄ habēti. Vitanda ſunt ꝙ̄ canonicis ꝛ miniſtris eccl̄ie circa veſtes veſtiumꝗ ornat⁹ q̄ ſupra quarto ſunt tacta capl̄o vt ſcꝫ ferāt veſtimēta deſup̄ clauſa nō̄ nimis lōga nec nimiū̄ breuia nec pānis rubeis viridibuſve vtanẗ. et cetera illo capl̄o ꝓhibita ſunt vitāda. ¶ Poſtremo legiẗ inter miracula glorioſi Hieronymi ꝙ q̄dam preſbyter Cardinalis noīe Andreas defunctus fuerat eternaliter ꝯdemnandus niſi ſctūs Hieronym⁹ impetraſſet aīe ei⁹ reductionem ad corpus ad penitendū ꝛ ſatiſfaciendū in vita pn̄ti ꝛ preſertim ob hoc ꝙ ī veſtitu p̄fatis modis ex ceſſit q̄ tn̄ Cardinalis alias fuit vir caſtus ꝛ multis p̄di tus cōmendabilibus punctis.

## Ne cū̄ canonicis femīe cō̄ morenẗ demptis ꝓpinquis ꝛ vetulis. Art. XII.

Experientia ē veritatis mgr̄a Jccirco q̄ experientia docet q̄d neceſſe eſt multipl̄r ꝓprobari. Porro ꝙ multa atꝗ enormia ſcelera ꝙ nocētiſſima ſcādala ꝙ lamentabilis ac deflenda deformatio ꝛ ruina naſcanẗ ex cohabitatiōe mulierū cū ſacerdotibꝫ atꝗ canonicis ex perimētaliter ꝛ ad oculū innoteſcit ita vt iā a capite vſꝗ ad pedes quaſi nulla ſit ſanitas ſꝫ ſicut Ozee ꝓpħa pre-dixit. Fornicatio ꝛ adulteriū inundauerūt. Vn̄ certiſſi-me ptꝫ ꝙ p̄iculoſa īcauta vitāda ſit cohabitatio illa ꝙꝗ ꝯſultiſſime ꝛ rō̄nabiliſſime ſancti patres in ſynodis mul tis ac ſummi pōtifices dyoceſani q̄ꝫ ep̄i ꝓhibuerint eam Quo aūt freq̄ntius ac diſtrictius ꝛ ab eminētioribꝫ pre latis ꝓhibita eſt eo iniqui⁹ eſt maioriſꝗ ꝯtemptus quꝫ

negligentie incluſiuū eam non euitare. Tangenda ſunt
aūt ⁊ cōmemoranda hinc aliqua generaliū conciliorum
ac ſummoꝝ decreta pontificū ad mōſtrandū q̄ȝ ſerioſiſſi-
me ſancti ⁊ diſcretiſſimi patres pretactā cohabitatiōem
abhorruerunt ꝓhibuerunt ac funditus exterminare co-
nati ſunt. Denicȝ circa hoc plene legit̄ prouidiſſe Ma-
guntinēſe conciliū precipiendū eſt inquiens vt nullus ſa
cerdos aut clericus feminas de q̄bus ſuſpitio eſſe poteſt
retineat. Sed nec illas quas canones concedūt videlicȝ
matrē amitā ⁊ ſororē q̄m inſtigāte diabolo etiā in ipſis
ſcelus eſſe ꝑpetratū reperit̄ aut etiā in pediſſequis earū-
dem Verūtamē rigor decreti iſti⁹ poſtmodū eſt laxat⁹
q̄ꝫtum ad ꝑſonas multū ꝓpinquas aut vetulas ſuꝑ qui-
bus naturale fedus aut etas nō ſinūt ſiniſtrū quid ſuſpi
cari. Hinc Innocentius tertius cuidā ſcribēs epiſcopo.
Cum clericis inquit nō ꝑmittatis mulierculas commo
rari niſi forſan de illis ꝑſonis exiſtant in quib⁹ naturale
ſus nihil ſeui criminis ſuſpicari ꝑmittat. Hinc btiſſim⁹
papa Grego. Volumus ait ſacerdotib⁹ ꝓhiberi ac cleri
cis ne cū mulierib⁹ ꝯuerſent̄ aut demorent̄ exceptis dūta
xat mr̄e ſorore ⁊c̄. In rigiſtro q̄ȝ diſſeruit. Legit̄ ꝙ bea-
tus Aug⁹. nec cū ſorore habitare ꝯſenſerit dicens. Que
cū ſorore mea ſunt ſorores mee non ſunt. Docti igit̄ viri
cautela magna nobis debet eſſe iſtructio. Denuo ait ſan
ctus Gregorius qđ etiā in Decreto diſt. lxxxj. habetur.
Oportet ſacerdotes q̄b⁹ populus dei cōmiſſus eſt cum
magna ꝯſtantia vigilare ſuꝑ dn̄icas oues ne a demonib⁹
dilanient̄. Necȝ ſilere in hoc debeo qđ cū ingēti triſticia
dico. Nam ſacerdotes cū mulierib⁹ habitare ꝯſpicio qđ
nepharium eſt audire aut dicere ⁊ ꝯtra canonū ſanctoꝝ
ſtatuta. Vbi em̄ fuerit cohabitatio talis non deerūt ſti-
muli hoſtis antiq̄. Jō inducendi ſunt ne inuiſibil' hoſtis

fraude decipiantur quatenus iuxta Apl'm nō vituperet
miniſteriū noſtꝝ. Cauere em̄ ab illicitis nos ſacerdotes
oportet vt manus valeam⁹ mūdas ad deū leuare q̄ ait.
Sancti eſtote q̃m ego ſctūs ſum. Si ꝟo q̄s p̄ſumpſerit
alit' agere ſacerdotij puet' honore. Inſup. xxxj. ex geſtis
ſancte ſynodi Nycene inducit'. Interdixit per oīa ſctā ſy
nodus nō epō nō p̄ſbytero nō dyacono nec ſubdyacono
neqꝫ alicui oīno q̄ in clero ē licere feminā ſubintroductā
habere. i. non habitare cū femia quēadmodū in rubrica
expoſuit Gratianus niſi cum matre vl' ſorore aut amitā
aut cū pſonis q̄ fugiant ſuſpitōes. Hocipm in Carthag
nenſi iuſſum fuit ꝯcilio. Hinc ait Siricius papa. Femi
nas nō alias in domib⁹ clericoꝝ patimur eſſe niſi eas tm̄
quas ꝓpter ſolas neceſſitudinū cauſas habitare cū eiſdē
ſynodus ſctā Nycena ꝑmiſit. Preterea non tm̄ cohabi/
tationē ꝫ incautā q̄ꝫ ⁊ ſuſpectā viſitationē ⁊ allocutionē
mulieꝝ ſcti patres ꝓrſus ꝓhibuerūt. Hinc in ſexta ſyno
do ꝯtinet'. In omnib⁹ ꝯuenit obſeruari vt nō niſi certo
et cōgruo loco ac tpe clericus mulieri loquat' quatenus
oīs nefanda ſuſpitio excludat'. Certe ſolū ad ſolā acce
dere nulla ratio religionis ꝑmittat. Hinc demū in ſexta
ſynodo Affricana habetur. Clerici ſeu continētes ad vi
duas vel ꝟgines non accedāt niſi iuſſu aut ꝑmiſſu epoꝝ
aut p̄ſbyteroꝝ nec ſoli hec faciant ꝫ vadāt cū clericis vel
alijs q̄bus eps aut p̄ſbyter iuſſerit ꝫ necipi epi aut p̄ſby
teri ſoli habeāt acceſſum vt oīs tollat' ſuſpitio. Idcirco
et Lucius papa ait. Clericus ſolus ad femie tabernacu
lum nō accedat ſine maioꝝ p̄cepto. nec ſolus p̄ſbyter cū
ſola femia fabulas miſceat. Nec archidyacon⁹ ſub p̄tex
tu hūilitatis aut officij freq̄nter intret domicilia femina
rū nec p clericos aut domeſticos matronis aliq̄d mādet
ſecrete. Si agnitū fuerit ⁊ ille deponat' ⁊ illa a liminib⁹

eccleſie arceat. Itaqꝫ ꝙ clerici ꝑmittunt q̇buſdam cogna tis feminis cohabitare intelligendū eſt dūmō cū ꝯſangui neis mulieribꝫ illis nō habitent femīe q̇bꝫ cohabitare ſa cerdotes ⁊ clerici ꝓhibent. Ideo pr̄ſbyteri atqꝫ canonici ſuis matribꝫ aut ꝯſanguineis feminis cohabitantes pui deant ne cū illis cōmorent extranee niſi ſint vetule alio quin recedāt a matribꝫ ſeu cognatis. Cū itaqꝫ cohabita tio iſta tam multipl'r ⁊ diſtricte extet ꝓhibita. nullus ſa cerdos aut clericus q̄uis caſtus eā admittat nec ꝓpt' tpa le emolimentum in ea ꝑmaneat qđ ⁊ maxime impleat ſi aliqui preſbyteri aut canonici cohabitēt ſibi de quoꝝ ha bet ꝑiculo formidare ac p̄cauere. Et q̄uis certus eſſet ſe nunq̄ꝫ poſſe tentari de femīa ſibi cohibitante tn̄ metuere debet de ꝑiculo femine ne illa tentetur ex pte ipſius.

## Caſtitas corpis ⁊ mundi cia cordis decēt ſacerdotes atqꝫ canonicos. Ar. XIII.

Certum eſt neminē poſſe deo placere aut beatitudi nem obtinere ſine cordis mūdicia cū dicat ſaluator Beati mūdo corde qm̄ ipi deum videbūt. Vn̄ et Salomon ait. Qui diligit cordis mūdiciā amicū habe bit regē: de q̄ dixit Apl's. Regi āt ſeculoꝝ īmortali inui ſibili. Vnuſquiſqꝫ q̄ꝫ fideliū tenet ad caſtitatē vl' ꝟgina lem vel coniugalē vel vidualē ſeu eam q̄ eſt abſtinentia ab omi illicito ꝯcubitu Porro miniſtri eccl'ie ad caſtita tem tenent multiplici rōne. Primo qꝛ in ſua ꝯſecratione ſeu ꝓmotiōe ad ordines ſacros ad continentiā aſtrinxe rūt ſe voto ſaltē implicite aut equalenter. Queadmodū eīm in decreto copioſe oſtendit non ſolū ad ſacerdotium ꝓmouendi ſꝫ inferiores q̄ꝫ ſacros ordines ſuſcepturi ca ſtimoniā debēt vouere ⁊ dato ꝙ mō nō voueāt caſtitatē

explicite implicite tñ eam ꝓmittūt dum vouent ſe ſm̄ ca
nones ſacros victuros ⁊ obſeruaturos eoſdem votū em̄
marie obligat imo magis q̄ȝ iuramentū: ꝓut Thomas
in .ij. ij. Joannes Bartholomeus ⁊ alij in ſummis ſuis
teſtantur. Atq̄ȝ vt Alexander de Hallis in ſumma ſua.
Bonauentura ⁊ ceteri ſuꝑ quartū ſententiaꝝ ꝯcorditer
ſcribūt. votū ꝑ religionis ꝓfeſſionē ⁊ ſacroꝝ ordinū ſuſce
ptionē ſolēniſat hoc eſt ſolēne efficit atq̄ȝ ad ſui impletio
nem ⁊ ſpiritalē ꝯuerſationē fortiſſime ligat. intm̄ ꝙ non
ſolum impedit matrimoniū ꝯtrahendū ȝ ⁊ diſſoluit cō/
tractum. qꝛ in huiuſcemodi voto ſolēni hō nō ſolū ſe ob/
ligat ad bona agenda ac vicia fugienda ȝ ⁊ promiſſionē
ſuā quodāmodo implet ſeipm̄ a ſecularibꝫ ⁊ carnalibus
ſequeſtrando diuinis quoq̄ȝ ⁊ ſpiritalibꝫ ſe mācipando.
Sacerdotes ꝗ̄ ⁊ canonici ac ceteri in ſacri ordinis ſuſce
ptione ſeipos offerūt ac dant deo vt eius fideliter vacēt
obſequio: iō ꝯſecrati ſunt creatori ⁊ eius cultibꝫ mācipa
ti. Cōtrectatio aūt ⁊ vſurpatio rei aliene inuito dño ei⁹
eſt furtū ſi cōtingat occulte. rapina ꝟo qñ fit palam abu/
ſus quoq̄ȝ rei ſacre ſacrilegiū nūcupat. Similiter furtuȝ
et rapina rerū deo ꝯſecrataꝝ ſacrilegia rite cenſent. Sa/
cerdotes ꝗ̄ ⁊ miniſtri eccl̄ie fornicātes ſacrilegi fiūt ⁊ fur
tum ꝯmittūt ſacrilegū ſacrilegiū ⁊ rapinā ſubtrahendo
ſeipos cultui creatoris ⁊ actibꝫ puritatꝫ atq̄ȝ ſpurciſſimis
vicijs ac rebus carnalibꝫ fedis ac fetidis ſe tradēdo ſub/
dendo ⁊ vilit ſeruiēdo. Qꝛ ſi furtū ⁊ violatio calicꝫ enor
me eſt furtū ſacrilegiūq̄ȝ horrendū. q̄ȝto magis ſubtractio
et pollutio rōnalis creature deo ꝯſecrate oblate ac māci/
pate. Scd̄o caſtimonia ad miniſtros eccl̄ie ſpectat potiſ
ſime qm̄ vt diuin⁹ Dionyſius docet. Infimū ordis ſupi
oris ⁊ ſupmū ordinis inferioris ꝯuenientiā hn̄t ad inui/
cem magnā Infimū aūt in ordine totius angelice hierar

Hic eſt chorus angeloꝝ ſupremū ꝓo in ordine eccl'iaſtice hierarchie ſeu militantis eccl'ie eſt ordo ſacerdotū ⁊ clericorum. Hinc ſacerdos Malachie.ij. Angelus nūcupať cum dicit. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā ⁊ legem exquirent de ore eius. qm̄ angelus domini exercituū eſt. Sacerdotes ergo ⁊ clerici angelice caſte ⁊ pure conuerſari teneň ⁊ ꝯtra iuſticiam peccant enormiter. vitam carnalem beſtialē ac ſordidam exercēdo. Tertio qm̄ ipi ſtꝫ loco ⁊ vice dei ac eius vicarij iccirco deifice nō brutaliter ac turpiter viuere ſunt aſtricti alioq̄n contra charitatem dei peccant grauiſſime. Quarto qꝛ precipua dignitate ⁊ maiori honore a deo ſunt decorati. ideo debēt deo gratē ꝯſiſtere ⁊ ei in puritate ſeruire al's eſſent deo prorſus ingrati. Quinto qm̄ hn̄t deū placere ⁊ ei alios recōciliare atq; īmundos mūdare Jcc irco valde teneň ſe deo placentes caſtos ⁊ mundos exhibere. Cum ⁊ ſanctus dicat Bern̄. Ve filijs malis qui nondum reconciliati aliene reconciliationis officiū quaſi gens que iuſticiā fecerit apprehendūt. Nam ⁊ Apoſtolus proteſtatur. Qui in carne ſunt. i. carnaliter viuunt deo placere non poſſunt. Jn eccl'iaſtica quoq; ferť. Ab īmundo quid mundabiť. Et Neemie. xij. Mundati ſunt ſacerdotes ⁊ mundauerūt ppl'm. Sexto qꝛ conficiūt ſumūt ⁊ tractant ſancta: imo ſanctū ſanctorū qui ait. Ego ſum panis viuus q̇ de celo deſcendi. Si ergo in lege moyſaica tam ꝓhibitū fuit immūdis carnalia ⁊ inaīata ſacrificia mādücare offerre ac tangere q̄ꝫ maledicti ſunt ⁊ ſceleratiſſimi corā deo q̇ corpus ⁊ ſanguinē ſaluatoris ⁊ vnici filij dei ꝯficiūt contrectant ſumūt ⁊ porrigūt alijs ⁊ tamē in ſordibꝫ ſuis manent ⁊ turpiter ſcandaloſe ac impie viuūt. Nōne ꝑ moyſen dn̄s iuſſit ſacerdotes qui accedunt ad dominū ſanctificentur ne ꝑcutiat eos Et item. homo q̇ habuerit macu

ſam non offerat panē deo. Et rurſus. Anima polluta q̄
ederit de hoſtijs pacificoꝝ pibit de pplo ſuo. Deniqꝫ .j.
Reg. xxj. Pontifex legit dixiſſe ad Dauid. Non habeo
panes laycos ſꝫ tm̄ panē ſanctū. ſi mundi ſunt pueri ma-
xime a mulierib9 manducēt imo ſacerdotes legis tpe ſui
officij a legitimis abſtinere iubebant vxorib9. Quanta ē
ergo facinoroſitas impudētia maledictio ſacerdotum ꝛ
clericoꝝ euāgelice leg꞉ puriſſime q̄ ſacramēta digniſſima
in ſuis turpitudinib9 remanētes contrectāt. None infini
tā ꝛ ſupgrauiſſima dānatio iminet eis. Septimo qm̄ ip
ſi ſunt oculi in corpe myſtico totius ecclie modica āt ma
cula ꝛ leſio valde nociua eſt oculo. Octauo. qm̄ ipſi ſunt
ſpeculum in qd̄ dirigūt layci oculos ſuos ſpeculum autē
mundū ꝛ lucidū eſſe optet. Nono qꝛ eoꝝ carnalitas ma
gis redundat in oipotentis iniuriā ꝛ ꝯtemptū ꝛ etiā qꝛ
magis ſcādaliſatiua eſt ppli ꝛ maxime ac ineſtimabilit
nocet eis ita peccantib9 excecat indurat ꝛ damnat eos.
Facitqꝫ eos deo altiſſimo ꝛ oīnnib9 ſctis eius ac cunctis
hoīb9 aſpernabiles abominabiles odioſos viliſſimos
maledictos. Poſtremo ſm̄ Wilhelmū Pariſieñ alioſqꝫ
doctores tales miniſtri nihil iuris hn̄t in bonis ecclie q̄
deputata ſunt membris atqꝫ militib9 chriſti. Et q̄cquid
de patrimonio crucifixi vſurpāt ꝛ ꝯſumūt furtū eſt ꝛ ra-
pina. Potiſſime q̄z ad reſtitutiōem tenent vniuerſoꝝ q̄
cum turpib9 expendūt pſonis Ecce qualis eſt vita q̄ꝫ cri
minoſa ꝛ pículoſiſſima miniſtroꝝ ecclie lubricoꝝ. Reſi-
piſcant ergo a diaboli laqueis ꝛ piculoꝝ ſuoꝝ imenſita-
tem horreſcāt alioquin maxime cōuenit eis qd̄ ait ſcptu-
ra. Gens abſqꝫ cōcilio eſt ꝛ ſine prudentia. vtinā ſaperēt
et intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

## De imprudentia ꝛ piculo

ſacerdotum ⁊ canonicoꝝ mulierib⁹ cohabitantiū ex ver/
bis ſanctorum. Articulus. XIIII.

PEccat mortaliter vt aſſerit Aug. q̄ diſcrimini ſe cō/
mittit Talis q̄ppe ꝯ verā agit prudentiā ad quā
ſicut ad charitatē iuſticiā q̄ꝫ tenemur. Si q̄s iret ꝑ
pontē in quo vix vnus de centū euaderet lapſum ⁊ merſi/
onem q̄s nō diceret ꝙ ille ſtultiſſime ageret ⁊ omi care/
ret prudētia tanto ſe exponēs ꝑiculo q̄ꝫtomagis reputā/
dus eſt ſtultus ⁊ intimoratus ſacerdos ſiue canonicus
mulieri ſm̄ iura ꝓhibete cohabitare p̄ſumens cū de cen/
tum ſic agentib⁹ vix vnus euadit ruinā. Et ſi forſan q̄s
euadat actū obſcenū nōne paucīſſimi culpā turpis ima/
ginationēs praue ſtimulatiōis cōſenſus illiciti ſenſualis
amoris effugiūt. Etem mulieri nō conſanguinee nec ve/
tule cohabitare. eāq̄ꝫ aſſidue intueri alloq̄ audire ꝯſide/
rare oportunitatē q̄ꝫ hr̄e male agendi cū ea ex ꝑte loci ac
tp̄is ⁊ tn̄ nullo mō ꝑacto circa eā excedere neq̄ꝫ carnalit̄
affici nec a caſtitatis ꝓpoſito impediri. ſit vtiq̄ꝫ ſupra hō/
minē ac magne ꝟtutis ⁊ viri in timore dei ac in oī ꝟtute
bene fundati ⁊ exercitati Nōne ꝑiculoſiſſimū eſt hoī nō/
dum ſic exercitato nec ſtabilito in grā ac ꝟtute cū ꝓhibi/
ta muliere morari. Acq̄eſcat ergo ſacerdos ⁊ clericus vncto
experto ſapientiſſimoq̄ꝫ Hieronymo exhortāti. Hoſpitio/
lum tuū mulierū pedes raro aut nunq̄ꝫ terant ⁊ tangant
q̄r nō pōt toto ac tuto corde habitare cū deo q̄ feminarū
acceſſib⁹ viſitat̄. Feīa ꝯſciam ſecū habitātis exurit̄. Nun/
q̄ꝫ deformis diſputes mulieꝝ. Feminā quā bn̄ ꝯuerſan/
tē audis mēte ſpiritalit̄ dilige nō corꝑali freq̄ntia. Hinc
diſt. xxxiij. ſacerdotib⁹ clericiſq̄ꝫ ꝑcipit̄ vt ꝯſanguinearū
q̄ꝫ ſibi cohabitantiū familiaritatē detinēt incautā. Rur/
ſus vt ait Hiero. Acerbiora gehēne tormēta ſacerdoti/
bus ⁊ clericis fornicātib⁹ reſeruant̄. Ve tibi ſacerdos q̄

eodem ore oſcularis filiam veneris quo pauloante ſum
pſiſti filiū virginis. O impie iuda oſculo filiū hoīs tra-
dis. Hinc glorioſus Hiero. poſit⁹ in extremis in pñtia
dominici corpis locutus ē chr̄o. Ve ſumētib⁹ te indigne
certe ad ſui reatū ꝛ penā te denuo crucifigūt. Heu quid
dicam o dn̄e quoniā ſacerdotes te hodie comedūt in al-
tari quēadmodū volucrū ꝛ pecudū carnes in menſa qm̄
nocte fruuntur mulierū actu turpiſſimo ꝛ mane te come
dunt celebrando. Vbi o dn̄e latitas dormis ne an vigi-
las. Eſt tibi obſequiū hoc acceptū. eſt hec oblatio quam
eligis. Ecce mūdus ſacerdotib⁹ plenus ꝛ tamē vix vnus
de centum eſt bonus. nulla in mūdo tam crudelis eſt be-
ſtia ꝛ malus ꝛ laſciuus ſacerdos. nam corrigi dedignatᷣ:
et veritatē audire non patitur. Hinc in pſona chriſti lo-
quitur Auguſtinus. Noli o ſacerdos me ampli⁹ peccā-
do affligere. Plus nāqꝫ me ledit hoc eſt ampli us diſpli
cet mihi vulnus tui peccati q̄ꝫ vulnus lateris mei magis
delinquis qui me in celis regnantē fornicando offendis
corpuſqꝫ meū ꝛ ſanguinē irreuerēter tractas ꝛ plebē me-
am pro cuius ſalute crucifigi dignatus ſum ſcandalizas.
q̄ꝫ qui me in terris ambulantē crucifixerunt. Audi ſacer
dos exhortantē te ſanctū Bernhardū. O ſacerdos os
tuū quotidie receptaculū ꝛ quaſi ſepulchrū chr̄i efficitur
cur vnqꝫ mentitᷣ cur lubrica loquitᷣ. cur aīa tua vicioſe affi
citur Cur oculi tui aſpiciūt vanitatē q̄ q̄tidie in altari an
ſe hn̄t chriſtū altiſſimā veritatē. Cur manus tuas exten-
dis ad illicita ꝛ imunda q̄ tractāt preſtātiſſima ac illiba-
tiſſima ſacramēta. Cur te vino aut ebrietate ingurgitas
qui ſaluatoris ſanguinē potas ꝛ ſpūali refectiōe plen⁹ cō
ſiſtere debes. Nonne ſceleratiſſimū atqꝫ turpiſſimū eſt
manus deo dedicatas ꝛ ſacro chriſmate conſecratas mu-
lierꝫ impudicarꝫ corpib⁹ ac pudēdis ingerere ꝛ eiſdem ſe

croſanctū corpus dn̄i tāgere. O q̄ nephariū q̄ temera/
rium eſt pollutis manibꝫ tractare filium ꝟginis matris
vnigeniti dei patris ⁊ ſordido ore ſumere illū q̇ omnem
tranſcendit ac ſupat intellectū. Quis nō erubeſcat ⁊ ex/
paueſcat vbi preſtantiſſimū ſeculi p̄ciū. pijcit̄ in ſterquili
niū. Lubricus nāqꝫ ſacerdos om̄i luto eſt turpior ⁊ om̄i
cloaca impurior. Inſup ſicut ait Hiero. ⁊ in decreto ha/
betur. xxxiij. q. iiij. Tempe quo vxori debitum redditur
de carnibus agni comedere. i. cōmunicare nō licet. Cui⁹
rei cauſam Thomas ⁊ alij s ſup quartū ſententiarū aſſi/
gnāt dicētes. Nã q̄uis actus ille copule cōiugalis abſqꝫ
culpa fieri queat tamē ob voluptatē ei annexā deprimit
et a deuotione impedit mentem. Itaqꝫ ſi coniugatis ⁊ ſe
abſqꝫ pctō cognoſcentibꝫ cōicare non licet die quo nocte
mox p̄cedente cognouerūt ſeinuicē. q̄ indignatiſſime agūt
ſacerdotes qui de nocte fornicati celebrare preſumūt in
die. Certe nullus ītellectus concipe nulla lingua pōt exp̄
mere q̄ enormiter peccent hi qui tam turpiſſimis vicijs
inquinati celeſtia atqꝫ plurima chr̄i myſteria audent cō/
ficere ſumere ⁊ tractare ac ſacratiſſima miſſe ⁊ canonis
verba polluto ore pferre. De talibꝫ igit̄ loquit̄ chriſtus
iudex ſup̄mus p Ozeeꝑham. Iuxta deſiderium meuꝫ
corripiam eos. Ecce occurram eis quaſi vrſa ⁊ quaſi lee
na raptis catulis diſrumpã interiora eorum. ⁊ ꝯſumam
eos vt leo. Tunc iuxta pſalmiſtã loquet̄ ad eos ī ira ſua
et in furore ſuo ꝯturbabit eos. Ponetqꝫ eos vt clibanū
ignis in tpe vultus ſui in ignem deijciet eos in miſerijs
nō ſubſiſtent. Sicut p Ezechielem effat̄. Ecce comploſi
man⁹ meas ſup malicias vr̄as. Nunquid ſuſtinebit cor
veſtrū aut p̄ualebūt man⁹ vr̄e in diebꝫ vindicte. Et con
flabo vos ⁊ ſuccendã vos in igne furoris ⁊ ꝯflabimi in
medio ei⁹ ſicut ꝯflat̄ argentū ī medio fornacꝫ ⁊ reqͤſcã.

De quibꝰ etiā ꝑ Amos ꝓphetā ait Ecce ego ſtridebo ſu
per vos ſicut ſtridet plauſtrū onuſtū feno ⁊ leuabūt vos
in cōtis ⁊ reliquias vr̄as in ollis feruētibꝰ. Atq3 ꝑ Ma
lachiā. Et nūc vbū iſtud ad vos o ſacerdotes q̄ pollui/
tis nomē meū. Ecce ego ꝓijciā ſup vos ſtercus ſolēnita/
tū vr̄aꝝ ⁊ aſſumet vos ſecū hoc ē feda ⁊ carnalia opa vr̄a
q̄ ⁊ in feſtis ꝯmittitis īproperabo imputaboq3 vobꝫ ⁊ cū
ſceleribꝰ vr̄is in ima acherontis ruetis. ⁊ ſup calidiſſimo
igne illo ſulfureo tāto acrius in eternū vremini q̄to hic
intenſiore affectu maioriq3 voluptate carnalibꝫ inheſiſtiꝭ
quēadmodū in Apocal'. locutus ſum. Quantū glorifica
uit ſe ⁊ in delitijs fuit tantū date illi tormentū ⁊ luctum.

## Ex reuelatiōibꝰ ſctē virgi nis Katherine de Senis ac ſctē Brigide vidue. Ar.

Legitꝰ in libro de doctrina ⁊ reuelationibꝰ .XV.
ſctē Katherine de ſenis qꝛ p̄r omp̄s in viſione q̄dā
ad eā locutus ſit. Aīa carnaliū ⁊ miſerabiliū ſacer/
dotuz tantā vicioꝝ putredinē a ſenſualitate eoꝝ accepit
Ego vnxi ⁊ cōſecraui eos vt in ſctītate ⁊ iuſticia ſeruiāt
mihi ⁊ ſacr̄a mea miſtrēt credētibꝰ ⁊ ſcis chariſſima filia
q̄d mihi r̄tribuāt ꝓ bn̄ficijs tātis. Ipi me q̄tidie pſequū
tur in tot ⁊ tātis ſceleribꝰ vt tua nō poſſit lingua narrare
Et ſi oīa illa audires deficeres p̄ merore. Aliqua tn̄ di/
cam tibi vt habeas maiorē ꝯpaſſionis ⁊ planctus mate
riam. Ipi nāq3 ſtare deberēt ſup menſam ſctiſſime cruciꝭ
paſſionē chr̄i iugiter meditādo ⁊ ibi ſe nutrire cibo aiaꝝ
laborādo ꝓ ſalute eaꝝ ⁊ de illaꝝ ꝓfectu ſpiritali gaudē/
do. Ipi vo intrāt tabernas ⁊ ibi iurāt ꝑiurāt fabulantꝭ
gule deſeruiūt: potationibꝰ vacāt ⁊ q̄d ſit diuinū officiū
neſciūt ⁊ ſi illō dicāt cor tn̄ eoꝝ lōge eſt a me. Pleni ſuntꝭ

miſerrimis vicijs tanq̄ȝ hoies penitus excecati ⁊ ſtant in verbis ⁊ factis laſciuie. publice q̄ȝ ⁊ ſine verecundia pec cant. Ipſi eni̅ ſunt ribaldi ⁊ luſores atq̄ȝ illuſores ⁊ poſt q̄ȝ pluſerunt animā ſuā ita ꝙ ptinet ad corpus diaboli ꝑ ludunt bona eccl'ie ⁊ ſubſtantiā quā in ꝟtute ſanguinis chriſti ſuſcipiunt ita expendūt ꝙ pauperes inde nō adiu uant nec eccl'ia habet neceſſaria fulcimēta. imo cū ipi ſint templū diaboli nō curant de templo meo. ſed ornamēta que facerent in eccl'ia faciunt in ꝓpria domo. imo qđ pe ius eſt ſicut ſponſus ornat ſponſam ſuā. ſic iſti demones incarnati de bonis eccl'ie ornāt diabolā. i. amaſiam ſuam Cunq̄ȝ infeliciſſimi demones iſti videlicȝ ſacerdotes laſ ciui tranſeunt ad altare nō curant ꝙ eoꝝ diabola vadat cum filijs ſuis ad oblationē cū alijs faciēdam. O demo nes ⁊ plus q̄ȝ demones vtinā iniq̄tates veſtre eſſent ma gis abſcōdite: q̄r tūc ſubditis minus nocerent Nūc ꝟo eis eſtis cauſa peccandi. Eſt hec puritas quā requiro in ſa cerdote Eſt hec puritas q̄r de mane ſurgit cū mente inq̄ nata ⁊ corpe ſubcorrupto ac fetido cū q̄ iacuit cū ſua dia bola. o tabernaculū demonis vbi eſt bona vigilia noctis vbi orō ꝯtinua ⁊ deuota in q̄ noctis ſpacio diſpoſuiſti te ad celebratiōem. Ex hac carnalitate venit ꝙ turpiſſimi ſacerdotes nō querūt meū honorē nec ꝓximoꝝ: imo nec ſuā ſalutē nec ſibi cōmiſſos corripiunt ſeu ex ꝓprio ⁊ ꝑua to amore q̄ acceſſi ſunt q̄runt toto corde diuitias t'renas et corpis voluptates q̄bꝫ non ſatiant tpales q̄ȝ honores et lauta cōuiuia p̄cioſa ornata ac ſupflua veſtimēta. De his alia multa ſilia ſcpſit ex allocutiōe diuina hec ſancta et innocēs ꝟgo q̄ alibi introduxi. Preterea in libro reue lationū btē Brigide vidue de his mlta legunt vbi iter cetera chriſtus in viſione ait ad Brigidam. None Da uid dixit Qui edebat panes meos magnificauit ſup me

ſupplantationẽ Sic tibi nunc dico ꝙ ꝓditores mei ſunt
ſacerdotes imundi ⁊ lubrici qui panẽ meũ comedunt in
altari. Paganos ⁊ iudeos aſpicio ⁊ nullũ in eis video ta/
libus ſacerdotib⁹ deteriorem. Ideo zelo iuſticie eis ma/
ledico. Maledictũ ſit oĩe qđ de terra ad vtilitatẽ ⁊ ſu/
ſtentationẽ ſuſcipiunt qm̃ tam ingrati ſunt deo. Male/
dictus ſit cibus ⁊ potus eoꝝ q̄ paſcit corpus eoꝝ in cibũ
vermiũ ⁊ animã ad infernũ id eſt animã tenet in corꝑe
ad eius damnationẽ. Maledictũ ſit corpus eoꝝ qđ re/
ſurget in inferno ſine fine arſuruz. Maledicti ſunt anni
eoꝝ quib⁹ tam vicioſe vixerũt. Maledicta ſit hora eorũ
q̄ incipit eis in inferno ⁊ nunq̄ȝ finiet. Maledicti ſint o/
culi eoꝝ quib⁹ viderũt lumen celi. Maledicte ſint aures
eoꝝ quib⁹ v̓ba mea audierũt nec impleuerũt. Maledi/
ctus ſit guſtus eoꝝ quo guſtauerũt dona mea. Maledi/
ctus ſit tactus eoꝝ q̊ tractauerũt me indigne. Meledi/
ctus ſit odorat⁹ quo odorati ſunt delectabilia ſibi ⁊ me
ſuꝑ oĩa delectabilem neglexerũt. In his maledictis ſacer
dotib⁹ regnat auaricia acidia impaciẽtia carnalis volup
tas ⁊ diligũt mundũ nec ſatiant terrenis. Predicãt v̓ba
mea ⁊ vident facere bona q̄dam ȝ ad honorẽ ⁊ cõmodũ
ſuũ non meũ. Plura his ꝯſilia recitat Brigida ſctã que
iam tm̃modo tetigiſſe ſufficiat. qm̃ in opuſculo de vita
et regimine curatorum ea diffuſius allegaui.

## Quã v̓tuoſi ⁊ diuini tene/antur eſſe canonici ⁊ oẽs in ſacris ordinib⁹ ꝯſtituti ex ver/bis diuini ⁊ magni Dionyſij Articulus. XVI.

SAcratiſſimus ⁊ theologiſiſſimus Dionyſius in oꝛ
inq̈t diuino officio nõ eſt audendũ alijs fieri ducẽ
niſi ẜm v̓tutẽ q̃s deiformiſſimus .i. deo ſimilimus

ſeu valde ſimilis exter vtpote tam ꝟtuoſus ⁊ ſapiens vt de plenitudine ſua alijs poſſit influere purgādo ſeu illuminādo eoſdē. Vñ ſctūs Tho. ſup. iiij. ſniaꝝ. diſt. xxiiij. cōcludit ⁊ idē affirmat Albertus. Cū hō in q̈libet ordie ſacro ꝯſtituat̄. dux alijs in rebꝫ diuinis. In q̈libet ordie ſacro tanq̄ p̄ſumptuoſus peccat mortalit̄ ordinē illū accipiendo indigne hoc ē exiſtēdo in pctō mortali. Siliter q̇ iam ꝯſtitutus ē in aliquo ordie ſacro ſcꝫ ſacerdos dyaconus aut ſubdyaconus totiēs peccat mortalit̄ quotiēs aliquem actū ordinis ſacri indigne exequit̄ vtpote nō exiſtens in charitate ⁊ grā. Hoc idē Durādus in ſumma ſua. Raymūdus Joānes Bonauentura ⁊ alij ꝯcordit̄ pteſtant̄. Hinc ſanctitas vite requirit̄. tam ad ſuſceptionē ordinis ſacri q̄ ad executionē ⁊ āminiſtrationē ipſius de neceſſitate p̄cepti nō de neceſſitate ſacri. His ꝯſonat qd̄ in epl̄a ad Demophilū feruētiſſimus ⁊ illuminatiſſimus Dionyſius faſſus eſt. Talis inquiens hoc eſt non illuſtratus nec virtuoſus preſumptuoſus oſtendit̄ diuina indigne exequēs. ⁊ quaſi putās deū ignorare eque ipſe nouit ſuā videlicꝫ indignitatē ⁊ vicia ⁊ decipere putat deū quē mendaciter patrē appellat ⁊ audet immundas ipſius infamias. i. deū inhonorare ⁊ coram alijs q̄ſtum in ipſo eſt inhonorabilē demonſtrare nō veret̄. Non cū dicat orōnes ſup diuina ſigna. i. ſacramēta aut ſacra chriſtiformiter enunciare. Ex quibꝫ verbis pretacti doctores concludunt. q̄ talis ſacerdos dyaconus aut ſubdyaconus eſt tanq̄ blaſphemus ⁊ dei deceptor ſeu traditor nūcupatur. Cum ergo canonici ꝯmuniter ſint in aliquo ordine ſacro conſtat q̄ deiformes virtuoſi ⁊ illuminati eſſe tenentur ⁊ ſua officia exequi timorate. Unde ⁊ populo valde exemplares exiſtere obligant̄ ⁊ de abundantia ſue virtuoſitatis ac gratie proximis cōmunicare.

# De qualitate canonicoꝝ ex verbis ſancti Bernhardi. Articulus. XVII.

SAnctus ⁊ ꝑelect⁹ Bern̄. fratrū amatoꝛ zelatoꝛ boni cōis ꝓpugnatoꝛ eccl'ie deformationē ⁊ ruinā eccleſie in ſuis libꝛis frequēter deſcribit ac lamentatur. Canonicoꝝ q̄z lapſum ꝑmaximū ſpecialiter deflet ac inter cetera ꝓteſtatur Clericos a ſingulis generibꝫ hoim id ſibi vſurpare quod delectat. id vero vitare qđ grauat Habēt inquit ſingula queq̄ȝ genera hominū aliquid laboris ⁊ aliq̄d delectatōis. Sed eſt aduertere prudentiā clericoꝝ ⁊ admirari quēadmodū inter hec nouo artificio diſcernētes ⁊ ea ab inuicem ſequeſtrātes totū quod delectat eligunt ⁊ amplectunt̄ qđ aūt moleſtum eſt fugiunt ⁊ declinant Cū militibꝫ nāq̄ȝ freq̄ntant ſupbie faſtum amplam familiam nobiles apparatus equoꝝ faleras accipitres aleas ac conſimilia. Porro a mulieribꝫ mutuant dependentes a collo rubꝛicatas muriū pelles oꝛnatos thalamos balnea ⁊ oēm mollicīē ⁊ gl'iam veſtium. Caue oīno vitātes pōdus loꝛice atq̄ȝ inſomnes noctes in caſtris incerta q̄z diſcrimina ꝑlioꝝ verecundiā etiā ac diſciplinā mulieꝝ ⁊ ſi q̄d ſerus ille habet laboꝛis. Sudāt agricole putāt ⁊ fodiūt vinitoꝛes. Et q̄ inter hec ocio toꝛpent clerici accedente fructuū tp̄e iubent ſibi hoꝛrea innouari et ꝓmptuaria eoꝝ replent̄ pꝛe illis viuūt tritico bibūt vina impinguant̄ ⁊ dilatant̄ adipe frumēti ſuccis herbarū peregrinū imitant̄ ſapoꝛē. Negociatoꝛes circueūt mare ⁊ aridam in laboꝛe coꝛpis ⁊ ꝑiculo vite ꝑituras ſibi diuitias ꝯgregātes. Dura ſit ȝ hec caueāt ea prudētes nr̄i diuites interim capiāt ſomnos ne dicā ſuis laſciuiāt ſtratis. Ceteri demū mechanici multo ⁊ magno laboꝛe victū ſibi ac

quirunt clerici ꝟo madent delitijs ⁊ copijs affluūt ocioſi
Cū reſurgere ceperint hoīes vnuſqſqꝫ in ordine ſuo vbi
putas locabit̄ iſta generatio. Si ad milites diuerterint
exſufflabunt eos qm̄ labores ⁊ ꝑicula ſecū mīme tolera
uerunt, Sic agricole ſic negociatores ⁊ ſinguli quiqꝫ ho
minū ordines a ſuis eos finibꝫ deturpabunt vtpote q̇ in
labore hoīm non fuerūt. Quid ḡ reſtat niſi at quos oīs
ordo repellit pariter ⁊ accuſat. cū ſortiant̄ locū vbi null⁹
ordo ſ; ſempiternus horror inhabitat. Hinc rurſus oſtē
dit ſctūs Bern̄. li. iij. de conſideratōe. Qr clerici nullius
ſint ordinis dicens. Quid ſibi vult ꝙ clerici aliud eſſe ⁊
aliud volūt videri. Nēpe habitu milites queſtu clericos
actu neutꝝ exhibent q̄r nec pugnāt vt milites neqꝫ vt cle
rici conuerſant̄ ⁊ docent. Cuius ordinis ſunt cū vtriuſqꝫ
eſſe cupiūt vtrūqꝫ deſerūt ⁊ ꝯfundūt. Vnuſqſqꝫ ait apo
ſtolus in ordine ſuo reſurget. iſti in quo. An q̇ ſine ordīe
peccauerūt ſine ordine peribūt. Aut ſi ſumme ſapiēs ds̄
veraciter credit̄ a ſummo vſqꝫ deorſum nihil inordinatū
relinquere. Vereor eos nō alibi ordinādos q̄ꝫ vbi nul/
lus eſt ordo ſ; ſempiternus inhabitat horror. Nō amici
ꝓfecto ſunt ſponſi qui aſſignata eccl'ie cultui ꝓprio retine
re ac queſtui nō verent̄. Et q̇ ſibi ac alijs tabernacula ꝑ'
parare in celo debuerāt domū ad domū agrū agro ꝯiun
gāt in terra ⁊ ꝯtra chr̄i doctrinā theſauriſant ſibi in ſclo
iſto cū tn̄ natura modicis ſit contenta. Ipſi ꝟo in bonis
eccl'ie nō ſolum neceſſaria querūt q̄ minori poſſent obti/
neri ꝑiculo verū honorati incedere volūt placere ſtudēt
hoībus delectari ⁊ ſuꝑbire huicqꝫ ſeculo ꝯformari Vni
uerſos in eccl'iaſticis rebꝫ atqꝫ ordinibꝫ ꝓpriū honorem q̄
rentes aut diuitias ſeu corꝑis voluptatē hoc eſt q̄ ſua ſūt
nō q̄ ieſu chr̄i. certiſſime introducit nō charitas ſ; aliena
a deo cupiditas. Quid iſtud temeritatis eſt. imo quid

inſanie ſe ita habere. Ubi timor dei vbi mortis memo/
ria. vbi gehenne formido. ⁊ terribilis illa expectatio fu/
turi iudicij. Sponſa clamat ad ſponſum celeſtẽ. Trahe
me poſt te curremus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Nũc ãt
trahit ſua quẽqꝫ voluptas atqꝫ odorẽ turpis lucri ſectan
tes queſtũ eſtimãt pietatẽ quoꝝ dãnatio iuſta eſt.

## De diſtricto atqꝫ metuendiſſimo dei iudicio clericis iminẽte ex ꝟbis glo͛ioſi Ber.

Rurſus ait felix Bern̄. Articulus. XVIII.
Ue tibi clerice mors in olla mors in tuis delitijs
q꞉ pctã ppl'i comedis. i. bona eccl'ie oblata a ppl'o
ꝓ expiandis eoꝝ peccatis. Eccl'iaſticos ſumptus gratis
habere te reputas cantãdo ꝑueniũt tibi ſ; melius tibi eſ/
ſet mẽdicare aut fodere. niſi ⁊ iuſte in oĩbus ꝯuerſeris et
ſatiſfacias ꝓ benefactoꝝ ac fundatoꝝ pctis. Idcirco ſolli
citus eſto tanqꝫ rõnem redditurus dignos ꝓ illis gemi/
tus fundere dignos agere pnie fructus. Alioq̄n tibi no
ueris imputãda plebis pctã q̄ nũc inter delitias ꝯputas
et mãducas ac ꝑuipẽdis et diſſimulas tanqꝫ nihil attinẽ
tia tibi. O iudicioꝝ dei abyſſus multa. O terribilis d's
in cõſilijs ſuꝑ filios hoĩm. Fruſtra incipiẽt miſeri dicere
mõtibꝫ cadite ſup nos. ⁊ collibꝫ operite nos. Ueniẽt añ tri
bunal chr̄i. audiẽt ꝯ eos grauis ppl'oꝝ q̄rela accuſatio
dura. quoꝝ vixerũt ſtipendijs nec diluerũt pctã q̄bus fa
cti ſunt duces ceci mediatoreſqꝫ fraudulenti. Quid tibi
inſipiens delitie ſapiũt. q̄d diuitie oblectãt oculos quibꝫ
mercaris tibi tã graue iudiciũ tã intolerabile ⁊ eternum
ſuppliciũ atqꝫ tã dire te obligas rõni vniuerſa q̄ppe vſqꝫ
ad quadrantem nouiſſimũ exigent a te. Sed nũc aduer
tãt canonici q̄d deſuꝑ vnct⁹ ⁊ doctus a ſpũſctõ. Bernar

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0056-1

dus ſcribat fulconi illuſtri canonico beneficiũ vnũ nõ
plura habẽti q̇ ⁊ poſtea fuit ep̃s Burgis ad vigilias va
dis. ad miſſas choꝝ horis nocturnis ⁊ diuturnis freq̃n
tas bñ facis. ſic prebẽdã eccl'ie gratis nõ accipis. Dignũ
eſt vt q̇ altari deſeruit de altari viuat. Viuat inquã de
altari nõ ſupbiat. nõ luxurieť. nõ diteť. non in clericatu di
ues ex paupe fiat ex ignobili gl'ioſus. Nõ ſibi de bonis
eccl'ie ampla palacia habitacula p̄cioſa curioſa depictaq̃
fabricet nec loculos ꝯgreget nec in vanitate aut ſupflui-
tate bona pauperũ diſſipet aut diſpgat. Non extollat de
facultatibꝫ eccl'ie ſanguineos ſuos aut nepotes ne filias
ſuas diterim nuptui tradat. Concediť tibi vt ſi bene de
ſeruis de altari ſuſtenteris non aũt vt inde compares ti
bi aurea frena. ſellas depictas. calcarea deargentata. va
ria griſeaq̃ pellicia a collo ⁊ manibꝫ ornatu purpureo di
uerſificata. Deniq̃ quicquid preter neceſſarium victum
ſimplicemq̃ veſtitum de altari ſeu bonis eccleſie retines
tuum nõ eſt. furtum eſt. rapina eſt. ſacrilegium eſt. Heu
quis in exordio ſtatutis canonicoꝝ crediſſet ad tantã
eos ruinam poſſe deuolui. Sed cum paulatim deuene-
rit homo ad grauiora ita q̄ impudẽtia atq̃ frontoſitas
cor eius obdurant vt non paueat. nõ horreat. non cõtre-
miſcat ea. iã demũ deſperatio eſt infelicis Impius etenĩ
cũ in pfundũ venerit vicioꝝ contemnit ⁊ diuino ſe p̄ſen
tare vultui nõ vereť tanq̃ domeſticus ſine timore intrat
eccleſiam ingreditur chorum. genua flectit. oſculatur ore
ſacrilego. doloſe agit ſed in conſpectu dei vt inueniatur
iniquitas eius ad odiũ ſic poſt fornicationes ad adulte-
ria ⁊ inceſtus q̇dam labũtur ⁊ vtinam non etiã ad igno
minie paſſiones. Deniq̃ de his multa ſil'ia ſcripſit ſan-
ctus ⁊ qualiter infinita ſit clericoꝝ ambicio qui ſimplici
prebenda erubeſcant eſſe contenti. ſed ſemper ad altius

quid aſpirant donec tandē in ꝓfundo mergant infernis. Nec mirū ꝙ in eccl'ia ſuſceptoqꝫ ordine impie cōuerſan/tur qui nec bene neqꝫ ꝑ chriſtū ſꝫ vel ſymoniace aut puerſa intentione introierūt querētes in voluptate ꝛ ocio in vanitate ꝛ deſiderijs ꝓprijs viuere non in ſanctitate atqꝫ iuſticia deo ſeruire. aut ꝑ artam viā ſalutis incedere. ad tempale magis ꝙ̄ ad ſpiritale reſpiciētes. Poſtremo ze/lator dei felix ꝛ ſctūs fatet Bern. Currit paſſim ad or/dines ſacros ꝛ reuerenda ipſis q̄ꝫ angelicis ſpiritibꝫ miniſteria ſine conſideratiōe ꝛ reuerentia apprehendūt homines in q̄bꝫ auaricia regnat. ambitio impat. dn̄atur ſupbia. ſedet iniq̄tas ꝛ ꝑncipat luxuria Sic aſpirāt ꝛ currūt ad eccl'iaſticas dignitates ꝛ curas tanqꝫ ſine curis iā vi/uere debeāt. cū ad honores ꝛ curas ꝑuenerint. Non em̄ onus cure annexū ꝑpendūt nec quale eis inſtet iudiciuꝫ intuent. q̄bus tāto itolerabilior appropinquat dānatio: quāto nunc minus ſolliciti ſunt quā deo tribuūt rōnem et quāto in maiori ſecuritate ꝛ diſſolutione iam viuunt.

## Qualiter ſit orandū can/tandū pſallendū ac ſeruiendū altiſſimo. Ca. XIX.

Quia precipuū exercitiū canonicoꝝ eſt aut eſſe de/bet oronibꝫ ꝛ laudibꝫ dei aſſidue occupari ꝛ horas cantare. tangendū eſt breuiter qualiter exorādus ꝛ laudandus ſit deus Interea ꝙ̄ indeſinēter ꝛ feruēter deum inuocare indigeamꝰ. Primo ptꝫ ex pte loci quē imoramur. Habitamus em̄ in ſc'lo iſto nequā tanqꝫ in gra/ui exilio valleqꝫ lachrymarū ꝛ campo atrociſſimis cali/diſſimis atqꝫ fortiſſimis hoſtibꝫ obſeſſo ac pleno in qui/bus multis ꝛ maxie expoſiti ſumus ꝑiculis. nec inuiſibi/les inimici nr̄i dormiāt vnqꝫ ſed inceſſabiliter inſidiant

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0058-2

aduerſantur q3 nobis. ⁊ expugnare nos moliunt̄ ⁊ ſecum
damnationi eterne inuoluere. Nos vero fragiles ſumus
ac debiles ad reſiſtendum. Ideo tam ex parte loci q3 ex
parte ꝑiculorum ⁊ laqueoꝝ in quoꝝ medio verſamur ex
q̄bus exponimur tam ex ꝑte aduerſarioꝝ anime noſtre
indigemus ad deum orando confugere ⁊ eius auxilium
cōfortationē. defenſionē affectuoſiſſime implorare. Pre
ſertim qm̄ ⁊ domeſticū hoſtem vbiq3 ⁊ ſemꝑ portamus
nobiſcum videlicet ꝓprium corpus qđ aggrauat animā
deprimit intellectū ac milia ingerit impedimēta ſpirita/
lis ꝑfectus. Scđo patet q3 inceſſanter ⁊ feruide oporte
at nos orare ex ꝑte magnitudinis cauſe quā cum deo ha
bemus pre manib9 Hec etem̄ cauſa eſt deo debite deſer
uire ac ꝑ hoc eternā beatitudinē obtinere. qđ ſi neglexe/
rimus damnationē recipe eternalem. Si ergo ꝓ conſer/
uatione ⁊ defenſione vite corꝑalis p̄ntis ac breuis tam
affectuoſe lachrymoſe ⁊ anxie hoīes deprecant̄. ſi pro ter
reno bono tam humiliter ⁊ inſtanter depoſcūt. q3 feruen
tiſſime humilime ac iugiter oportet nos viſcera miſcđie
dei noſtri afflagitare ꝓ euaſione damnatōis ꝑpetue pro
virtute preualēdi tentationib9 cunctis: ꝓ adeptione eter
ne ſalutis. ꝓ omni dono gratie neceſſarie ad obtinendū
ac ꝓmerendā beatitudinē tantam. Tertio patet hoc ex
eo ꝙ totiens ⁊ tam grauiter deū offendimus atq3 quoti
die inhonoramus eundē. Hinc Clymacus ait ꝙ ex con
ſideratione reoꝝ mortis diſcere poſſumus qualiter deū
orare debemus. Nōne fures ⁊ homicide capti a p̄ncipe
ſi aliquā ſpem euadēdi habuerint corā p̄ncipe quē offen
derūt ſe in terrā ꝓſternūt veniā cū oī hūilitatis ac ingen
ti affectu p̄cant̄ emēdationem oīmodā pollicent̄. ⁊ ꝙ de
cetero velint p̄ncipi fideliſſime vſq3 ad mortē ſeruire ꝑ/
mittere ſunt pati. Q̄tomagis nos vicioſi ac miſeri q̄ innu

merabilibus vicib⁹ eternã damnationẽ meruimus debe
mus mõ pretacto inuocare altiſſimũ q̃ penitentib⁹ ſpem
conceſſit. veniãq; ꝑmiſit ↄtritis. Preterea qualiter debe
amus deũ orare penſare poſſumus ꝑtim ex ꝑte dei ꝑtim
ex ꝑte noſtri. Ex ↄſideratione nãq; infinite bonitatis ac
amabilitatis dei debemus eum orare cũ feruenti ꝛ puro
amore ipm ſuꝑ oia totis p̃cordijs deſiderãdo Ex ↄſide-
ratiõe aũt infinite maieſtatis dignitatis ſanctitatis ꝛ ho
norabilitatis dei glorioſi et benedicti debemus eũ orare
cum omĩ reuerẽtia ꝛ ſubiectiõe atq; hũilitate Si eñ re-
gibus ꝛ p̃latis ſeculi huius tã reuerẽter ſubiecte ꝛ hũilit
loquũtur ꝛ ſupplicãt eoꝝ miniſtri q̃ꝫtomagis oĩpotentĩ
regi ſuꝑ digniſſimo ꝛ imenſo nõ niſi cũ grandi ꝛ ſumma
reuerẽtia hũilitate ſubiectione loq̃ ſupplicare ꝛ pſallere
nos oꝑtet. Porro ex conſideratiõe pñtie ac ſapie dei oia
intuentis ipm inuocare debemus cũ diligenti cordis cu-
ſtodia ꝛ attentione ꝑuigili. ſenſum attendẽdo verboꝝ ꝛ
corde refrenato ab omĩ diſtractiõe inutili. Ex ↄſideratĩ
one q̊ꝫ infinite miſc̄die ac munificẽtie dei orare debem⁹
cũ omĩ fiducia. Ex ↄſideratiõe demũ diuine iuſticie ora-
re debemus cũ metu timore ꝛ tremore. Inſuꝑ ex ↄſide-
ratione ꝓpriaꝝ tranſgreſſionũ ꝛ culparũ orare debemus
cũ precordiali cõtritione ꝛ humili ꝓprie vilitatis recognĩ
tione Ex ↄſideratiõe ꝓo ꝓprie indigẽtie infirmitatis ac
ꝓnitatis noſtre ad omĩe malũ. orare debemus indeſinen
ter ꝛ ſuſpirioſe. ſicut ait ſaluator. Oportet ſemꝑ orare et
non deficere. Ex ↄſideratiõe aũt ꝓprie ↄditionis ac pui-
tatis orare debem⁹ amoroſe cũ plena humiliatiõe tanq̃
creature puſille maieſtatis incircũſcripte quã cũ filiali fi
ducia inuocare debemus Ex eiſdem ↄſiderationib⁹ pro
maxima ꝑte elicitur qualiter pſallere ꝛ deũ laudare debe
mus vtpote attente; reuerenter; diſtincte; affectuoſe; io-

cunde:imo ⁊ timorate.hūiliter:pure:et cuſtodite.Hinc ſanctus ait Bernhardus.Moneo vos dilectiſſimi pure ſemper ac ſtrennue quidem vt ſicut reuerēter ita ⁊ alacriter domino aſſiſtatis nō pigri.non ſomnolenti.nō oſcitantes.non parcentes vocibus nō precidentes verba dimidia non integra tranſilientes.nō fractis ⁊ remiſſis vocibus muliebre quoddā balbade nare ſonantes:ſed virili vt dignū eſt ſonitu ⁊ affectu voces ſancti ſpūs depromentes.pure ꝟo vt nil aliud dum pſallitis ꝙ̄ quod pſallitis cogitetis.Sed heu heu in his inueniūtur multi canonici non mediocriter defectuoſi quia ⁊ nimis curſorie pſallunt nec cōuenienter pauſant in medio nec diſciplinate reuerenter ac timorate ſtant coram deo.Sed potius diſſolute incuſtoditi in viſu.incōpoſiti in moribꝰ:proni ad leuitates:ad riſus:ad fabulatiōes.q̇ ⁊ faciliter ſe a diuinis abſentant.tarde veniūt.⁊ exeunt ante finē.Et quomodo poſſunt ad ſenſum eſſe intēti qui tam indiſtincte atq̃ celerrime proferunt verba ſacra.Utinam hi attendant quod dictum eſt.Maledictus homo q̇ facit opus dei negligenter.Et quod ꝑ Eſaiā dominus dixit ⁊ ipſemet chriſtus in euangelio allegauit Populus hic labijs me honorat cor aūt eorum longe eſt a me.Quid reſponſuri ſunt iſti iudici ſummo qui ea que carnis ſunt tam exquiſite exercent:tanq̄ diuturne talibus immorantur qui tarde nimis cantant matutinas.caſq̄ ſicut ⁊ ceteras horas velociſſime voluūt.In ſuis aūt prandijs.cenis.conuiuijs.ſocietatibus.confabulationibꝰ.ludis:⁊ iocis multo diutius ſedent ꝙ̄ natura requirat:neceſſitas poſtulet ratio dictet.Porro de his que dei ſunt ⁊ animarū concernunt ſalutem cito nimis expediunt ſe omnino peruerſa eſt vita ipſoꝝ.Ideo reſipiſcant nec diuino obſequio ⁊ honorificētie creatoris dn̄i ſubtrahant debitū tempus:

ſed p̄ncipaliora principalius diligentius maturius exe/
quantur. Interea q̇dam canonici oīno non cantāt q̄uis
in choro ſtent. ſ; ſcholarib⁹ ꝛ cantorib⁹ id ꝯmittunt. Cō
ſuetudo illa videt̄ eſſe corruptela nō lex. nec ex hūilitate
et deuotiōe ſ; magis ab elatione abuſu ꝛ acidia ꝓceſſiſſe
videt̄ cū ꝛ olim non ſolū cathedraliū eccleſiaꝝ canonici
ſ; ꝛ ipſi preſules ſancti cū choro pſallere ſoliti fuerint. At
tendant hi qđ ait Apl's. Qui nō laborat nō manducet.
Nōne beneficiū ad officiū ordinat̄. nec eccl'iaſtici reddi/
tum niſi officiantib⁹ ac laborantib⁹ in diuinis debentur.

# An diſcant⁹ in diuino ob ſequio ſit ꝯmēdabilis ꝛ de vitādis in cantu. Ar. XX.

Quemadmodū in ſumma ꝟtutū ꝛ viciorꝝ habetur
circa cantū rep̄henſibile eſt querere vocē nimis blā
dam ad gloriandū vel oblectandū. Vn̄ ait Greg.
Dū blanda vox querit̄ recta vita deſerit̄. Silr̄ in cantu
rep̄rehenſibilis eſt nimia exaltatio vocis ꝛ item inunda
tio eius Anticipatio quoq; ꝛ longa in fine ꝓtractio atq;
omiſſio pauſe in medio maxime aūt indiſtincta ꝛ nimis
velox prolatio Interea queri poteſt an diſcantus ſeu fra
ctio vocis laudabiliter admittant̄ in deitatis obſequio
Quocirca in p̄fata nōtabili ſcribit ſumma. Rep̄henſibi
lis videt̄ eſſe in cātu fractio vocis. Vn̄ in legēda habet̄
ſcti Sebaſtiani. Putas ne illū inter chriſticolas nume/
randū q̇ tonſorē diligit. comā colit ſapores q̄rit ꝛ vocem
frāgit. Fractio vocis ſignū videt̄ animi fracti. quēadmo
dū rep̄henſibilis criſpatio criniū in hoīb⁹ corrugatio ve/
ſtiū in mulierib⁹. ſic ꝛ fractio vocis in cantātib⁹. Et ſicut
ventus facere ſolet criſpationē in aqua ſic ventus vani/
tatis hanc criſpationem fractionemq; vocis facere ſolet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0062-4

Hec in summa prefata. cui attestat͛ ꝗ̄ ꝗ̄dam q̄ ad tēpus sic cantare consueuerūt fatentur supbiā ⁊ quandā lasciuiam animi in huiuscemodi cātu ꝯsistere. Porro si aliquo mō debeat excusari nō videt͛ excusabilis aut cōmendabilis esse nisi p deuotiōe excitāda ordinet͛ ac fiat. Nam ꝗ̄dam ex melodijs ad ꝯtemplatiōnē ⁊ deuotionē fortiter excitant͛ vn̄ ⁊ organa hʒ ecclia. Si ꝟo fiat ad oblectādū auditū ⁊ pſertim ad cōplacendū pn̄tibus etiā mulierculis nō dubiū q̄n rephensibile extet. Cum ⁊ sctūs dixerit Aug⁹: Quotiēs me plus delectat cantus ꝗ̄ sensus seu id qd̄ cantat͛ totiens me penaliter peccare fateor. ⁊ tunc mallem nō audire cantantē. Deniqꝫ ꝗ̄uis discantus p/uocet spēaliter quosdā ad deuotionē ⁊ ꝯtemplationē celestiū multū tn̄ reuocare videt͛ ac expedire ab aduertentia sensus etiā ꝓrie orōnis ei⁹ q̄ audit ⁊ orat. Hinc sanctus ait Bern̄. Parū pdest voce sola cātare sine cordis attentione. Deus em̄ cui nō abscondit͛ q̄cquid illicite p/petratur non querit vocis lenitatē ſʒ cordis puritatem.

## Cōtra excusatōem quorū

dam excusantiū se ab obseruatiōe eoꝝ q̄ue dicta sunt ad canonicos ptinere: qꝛ honestas ecclesie vt dicūt aliud iā requirit ꝗ̄ olim. Articulus. XXI.

Recte depcatus est deum psalmista dicendo. Non declines cor meuʒ in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Hec quippe excusatio incorrigibiles efficit multos. Non ergo excuset se quispiā ab obseruantia predictoꝝ dicendo. Non possumus modo viuere sicut predecessores nostri olim vixerunt id est esse contenti necessario victu simpliciqꝫ vestitu ⁊ benefitio vno: Sed propter honestatem ecclesie plurimis in/

digemus ⁊ hoſpitalitati nos vacare oportet atqꝫ veſtiri
refici incedere iuxta decentiā noſtri ſtatus et gradus ac
ordinis ac tenere familiā. Itaqꝫ his atqꝫ conſilibꝰ excu/
ſationibꝰ cauillationibꝰ pſuaſionibꝰ qͥbus multi fallūtur
ſeipos eſt reſpondendū. Qꝛ vtiqꝫ canonici ⁊ oēs in ſa
cris ordinibꝰ ꝯſtituti viuere debēt veſtiri nutririve pare
di cū om̄i ⁊ grandi honeſtate atqꝫ decētia vocatōis ⁊ ſta
tus ſui ſicut requirit gradus ⁊ ordo ſtatꝰ ac dignitas eo
rundem. Sed vtinā rite ⁊ vere ꝑpendāt qd ad verā pti
neat honeſtatē ad eoꝝ decentiā ⁊ ornatū. Etem̄ quicqͥd
ꝯtrariat̄ ꝟtuti ꝯtrariat̄ vere ⁊ appetibili honeſtati. Bo
nū nanqꝫ honeſtū ſm philoſophos atqꝫ theologos ap/
pellat̄ qd ꝓpria bonitate ⁊ vi allicit appetitum tanqꝫ ꝑ ſe
appetendū. vt ſapientia ſcīa ⁊ ꝟtutes quēadmodū in ex
ordio libri de aīa tangit phūs. Hinc ait Iſidorus. Qꝛ
honeſtū dr̄ quaſi ſtatus honoris Honor aūt debet̄ ſapi
entie ⁊ ꝟtuti imo ⁊ dignitati q̄ ſapiētia ac ꝟtutibꝰ eſt or
nanda. Ideo quicqͥd ꝯtrariat̄ ſapientie ac ꝟtuti inhone
ſtum eſt reputandū nec vere honeſtū cenſet̄. Hinc hone
ſtas miniſtroꝝ eccl'ie ſita eſt in vera ⁊ ſancta hūilitate. in
forti patientia. in manſuetudine. pietate. obedientia. cha
ritate. In omni caſtitate. maturitate. ſobrietate exempla
ritate. In ꝟa iuſticia. miſericordia. liberalitate ceteriſqꝫ
virtutibꝰ donis ⁊ gratijs ſpūſſancti. In terrenoꝝ contēp
tu in cōtemplatione ac deſiderio diuinoꝝ. Non in ſuper
fluitate. curioſitate. ꝑcioſitate. mollicie. delectatiōe veſti/
mentoꝝ. ciborū. potuū. domoꝝ. Non in grandi familia.
abundantia opum multiplicatione vtenſilium. In his
quoqꝫ vera conſiſtit decentia ⁊ ornatus. de quo ad Ty/
motheum ſcribit Aplꝰs. Ut mulieres orent in habitu
ornato. i. humili ſimplici ⁊ deuoto non curioſo: precioſo
pompatico. cum ſacratiſſimis princeps dicat apoſtoloꝝ

rum. Non in veſte precioſa aut margaritis. In hoc er-
go cõſiſtit canonicoꝝ ⁊ ſacerdotũ honeſtas vt iuxta chri-
ſti ⁊ ſanctoꝝ patrũ pcepta decreta ⁊ canones ꝯuerſentur
q̃ntuꝫ eis mõ poſſibile eſt ⁊ ſua exẽplaritate. maturitate.
ac ſpũalitate edificent plebẽ ⁊ bonus chr̃i odoꝛ exiſtant
ac deũ gloꝛificent viuẽdo ⁊ ſeruiendo altiſſimo in omni
caſtitate ſobꝛietate ac diligenti diuini officij pſolutiõe in
veſte humili ac decenti In charitate pietate ceteriſq̄ꝫ pre
tactis ꝟtutibꝫ. Sicq̄ꝫ principi dño pontifici mgr̃o inſti-
tutoꝛi ac legiſlatoꝛi ſuo Jeſu chꝛiſto ſe ꝯfoꝛmẽt. ſubdãt.
obediãt. In omni etem̃ genere ac oꝛdine eſt vnũ primũ
⁊ maximũ qd̓ eſt inferioꝝ ac ſecundoꝝ regula ac mẽſura
ita q̄ q̃nto plus ꝯfoꝛmant̃ ⁊ appꝛopinquãt illi p̃mo tãto
in ſuo genere ac oꝛdine pfectioꝛa ꝯſiſtũt q̃ntoq̄ꝫ plus a p̃
mo illo recedũt diſtãt diſſilioꝛa ve fiũt tãto imꝑfectioꝛa
reddunt̃. Cũ ergo in oi eccl̓ia ⁊ toto ppl̓o chr̃iano chr̃s
ſit p̃mũ ac maximũ mẽſura ⁊ regula vniuerſoꝝ fidelium
tanto fideles ſunt honeſtius decentius atq̄ꝫ oꝛnatius cõ
uerſantes q̃nto plus chr̃m ſectant̃ in quo ſumma fuit ho
neſtas ⁊ honeſtiſſima vita in p̄inductis ꝟtutibꝫ ſita. Je-
circo in hoc vera conſiſtit miniſtroꝝ eccl̓ie ⁊ canonicorũ
honeſtas vt chr̃i humilitatẽ charitatẽ iuſticiã exemplari-
tatem miſericoꝛdiã ſobꝛietatem mundiciam iuxta ſctõꝝ
patrũ canones ⁊ decreta ſequant̃ non vt delicate quoti-
die epulentur. ſicq̄ꝫ ad libidinẽ excitent̃ nec vt cultis ve-
ſtibus induant̃. ſꝫ pre vulgo tãto ſint ꝟtuoſiores. humili-
ores. caſtiores magiſq̄ꝫ ſobꝛij q̃nto in altioꝛi ſtꝫ ſtatu gra
du ac oꝛdine ꝯſtituti. Deniq̄ꝫ expientia docet. q̄ q̄dã ca
nonici q̃uis heu pauci caſte ⁊ ꝟtuoſe ꝯuerſantes multo
pl⁹ diligunt̃ honoꝛant̃ ⁊ reputant̃ a ppl̓o q̃ꝫ ceteri. Quã
tum ꝟo ſupfluitas. curioſitas p̄cioſitas veſtiũ clericis ꝓ
hibeant̃. ptꝫ ex dictis ſupꝛa decimo articulo quo inter ce

tera continet. Omnis iactantia ⁊ ornatura aliena eſt ab ordine ſacrato. eoſq͂ ep̄os ⁊ clericos q̄ ſe claris ac fulgidis veſtib⁹ ornāt emendari oportet. Olim em̄ om̄is vir aut clericus ſacratus. i. in ſacro ⁊ ſctō ordine ꝯſtitutus cū mediocri ⁊ vili veſte ꝯuerſabat. Poſtremo p̄fatā chriſti honeſtatē ſancti apl'i ſunt ſecuti deinde ſancti ep̄i cū clericis ſuis nō ſolū durāte pſecutiōe eccl'ie ſ ⁊ poſtea diu: immo tpib⁹ ſcti Gregorij ⁊ poſtea tpe ſcti Bernardi qn̄ eccleſia fuit in ſtatu ⁊ gl'a multo eminētiori q͂ mō ſancti patres iam noīati vehemētiſſime reprehenderūt clericos ⁊ miniſtros eccl'ie. de quoꝝ curioſitate ſupfluitate diſſolutione auaricia carnalitate. aſſerentes ꝙ ad ſimplicē victū ac veſtitū ⁊ ceteras obſeruātias ꝟtuoſas p̄ractas obligarent. Non ḡ excuſent ſe ſ q͂tum eis ꝑ nunc extat poſſibile ad vitā ⁊ honeſtatē veram ſe donent: ꝑut in exordio tertij decretaliū alijſq͂ ſanctoꝝ patrū ac ſummorū pontificum decretis ⁊ canonibus ꝯtinetur atq͂ iubetur.

## De piculoſitate pluralitatis beneficiorum. Articulus. XXII.

Multipliciter iam oſtēſum eſt q͂ caſti timorati ⁊ ſobrij teneant eſſe canonici ⁊ om̄es in ſacris ordinibus ꝯſtituti q̄liter etiā feſtuꝫ ſupfluitatē ⁊ pōpam mundanā teneant in veſtimētis vtenſilib⁹ habitaculiſq͂ vitare. ſimplici victu ⁊ veſtitu ꝯtēti. Qd̄ ſi ſic agerēt non dubiū q̄n mediocri beneficio cōiter eſſent ſatis prouiſi ſ quia predicta non ſeruant īmo inſtar militariū ac diuitū ſeculi huius abundare volūt in oīb⁹ ⁊ multa lauta ac precioſa genera alimentoꝝ. multa mutatoria veſtimentorū ſupellectilem abundantē ꝓuiſionem quoq͂ contra incerta picula volunt habere non mirū ꝙ plura ſatagunt be

neficia procurare. Verū q̄ piculoſa ſit iſta pluralitas vi
ri catholici ⁊ feruentes pfundi ⁊ deſup illuſtrati ſanctus
Thomas wilhelmus pariſieñ: actor ſumme ṽtutis ⁊ vi
ciorꝫ editor libri apum. magnꝰ cantor pariſieñ. Raymū
dus ac alij q̄dam ſcripſerunt ex quorꝫ ſcriptis contra plu
ralitatē hanc ſpecialem collegi tractatulū q̄ mō a multis
habet. Vis aūt ⁊ ſumma ſententie iſtorꝫ doctorꝫ cōſiſtit
in hoc q̄ habentes beneficia plura demptis caſibꝫ infra
tangendis priuant deo obſequio ſuo eccl'iam ſanctam di
membrant ac mutilāt puando eam ſuis ſuppoſitis ⁊ nu
merum miniſtrorꝫ ipius diminuendo. Pauperes quoqꝫ
puant ſuis elemoſynis. defunctis ſuis ſuffragijs funda/
tores ſuis intentis ſpūalibuſqꝫ ſubſidijs. Et qui contra
conſiliū ⁊ doctrinā tot ſolemniū ac ſanctorꝫ virorꝫ tam ex
cellentium doctorꝫ ſpēaliter illuminatorꝫ plura beneficia
habent aut cupiūt grandi ſe cōmittūt diſcrimini qḋ non
caret mortali pctō. Hinc ſcribit wilhelmus pariſienſis
Reuera eccl'iaſtica ſtipendia piculoſe habent ⁊ non niſi
vere pmerentibꝫ ea debent. ꝓpter qḋ viri timorati cum
timore ⁊ tremore pcipiūt ea ⁊ qḋ reſiduū eis eſt a mode
rata ⁊ pciſa ſuſtentatiōe pauperibꝫ erogāt quorꝫ ſe patro
cinijs iuuāt ⁊ ſuū ſupplent defectū. Hinc quoqꝫ ſctūs pr̄
Berñ. teſtat. q̄ clericus p ſua neceſſaria ſuſtētatiōe cōpe
tentiā hñs ⁊ tñ plus appetēs ſacrilegus ē ⁊ enormit pec
cat. Inſup vt allegatū eſt ſupra. btūs Berñ. cuidam illu
ſtri canonico beneficiū vnū habēti ſcpſit. Quicqd de bo
nis tue pbende vltra neceſſariū victū ſimplicemqꝫ veſtitū
retinueris tibi. tuū nō eſt: furtū eſt: rapina eſt. ſacrilegiū
eſt. q̄d euidētius q̄d terribiliꝰ dici valet. Nōne obdura/
tus eſt corde qui iſta ſanctorꝫ verba nō ponderat nec ve/
retur. Et ſi ita eſt de bñficio vno q̄tis furtis rapinis ſa/
crilegijs inuoluunt qui vno beneficio competēti nō con/

tenti plura habent aut acquirere moliunt᷑. Certe ſi iuxta
prehabita nihil iuris in eccl'iaſticis bonis habent qui in
mortalibꝫ iacēt peccatis. Hi qui plura beneficia obtinēt
nec vno digni vident᷑. ⁊ ſi diſpenſationē allegāt certū eſt
ꝙ dn̄s papa cum ſupbia: ambitione. auaricia. incōtinen-
tia diſpenſare nō queat. nec eius diſpenſatio in foro ꝯſci-
entioſo aut corā deo excuſat qn̄ nō fit ex rōnabili cauſa h̄
eſt ex vera neceſſitate aut manifeſta vtilitate q̄ in ꝯceſſio-
ne ⁊ poſſeſſione plurīū bn̄ficioꝝ nequaq̄ꝫ excuſat nec lo-
cum habꝫ extra caſus ꝯfeſtim tangēdos. Preterea de iu-
re diuino nō licet de tpalibꝫ bonis plus affectare aut q̄re-
re ꝙ expedit aīe p reſpectū ad ſpiritalia bona grē ac ſalu-
tis hoc eſt ad bene agendū ad ſpiritaliter ꝯuerſandū ad
beatitudinē obtinendā. Qui ergo vnū habet beneficiū
cōpetens quero qua rōne quo fine: qua radice cupit q̄rit
aut retinet aliud. qꝛ aut ideo vt in tpalibꝫ plus abundet
q̄d ſibi cōſtat illicitū eſſe cū iam de vno competentiā ha-
beat vł vt ſpiritalius ꝯuerſetur atq̄ꝫ in chariſmatibꝫ grē
ac virtutū ampli⁹ creſcat qđ dici nō valet q̄m reddit⁹ ſi-
bi ꝓuenīētes ex pluralitate bn̄ficioꝝ ingerūt ei inq̄etu-
dinē ſollicitudinēq̄ꝫ maiorē ⁊ ſunt ei occaſio ſumptuoſi⁹
carnaliuſq̄ꝫ viuendi. Amplius Wilhelmus Pariſien̄ et
actor ſumme virtutū ac vicioꝝ multipliciter ꝓbāt ꝙ plu-
raliter bn̄ficiatus extra caſus tangēdos ad tot paria ho-
rarū tenet᷑ quot bn̄ficia habꝫ. ſicq̄ꝫ q̄tidie tot mortalia in
currit peccata aut q̄dam tam multiplicit᷑ mortalia quot
quotidie horas omittit. Dicūt q̄ꝫ p̄fati doctores ac alij
multi ꝙ quicūq̄ꝫ eſt in mortali pctō totiēs peccat mortalit
ter quotiens cupit aut acquirere nitit᷑ eccl'iaſtica bona cū
ſit eis indignus ⁊ illa veris dei miniſtris ſint deputata.
Poſtremo caſus in q̄bus licet magis q̄ꝫ vnā habere ec-
cleſiā ſeu p̄bendā ſm Raymundū Johānem Bartholo

ꝑ meum ſunt iſti. Primus eſt dum vna pro ſimplici victu et veſtitu perſone non ſufficit. Secundus dum vna dependet ex alia. Tertius propter raritatem paucitatem ꝑſonarū. Quartus ſi eccl'ia ſit annexa prebende aut dignitati. Quintus ſi q̄s habeat vnā intitulatā ꝛ aliā ex cā iuſta cōmendatā ad tp̄s quuſqꝫ ceſſet hmōi cauſa. Pōt āt ꝛ ſextus caſus adiūgi vt cū q̄s clericus deſeruit cōi bono eccl'ie in legatiōe q̄ꝫdiu ſic ſeruit. Interea q̄ꝫtum in veritate ſufficiat vni canonico ꝑ ſua ꝯpetenti ſuſtētatione ac ſtatu decēte faciliter p̄t ꝑpendi ſi ꝑinducta penſenꝫ videlicet q̄ꝫ ſobrie, caſte hūiliter moderate ꝛ exēplariter viuere obligeꝫ. imo expientia docet q̄ꝫ modici redditus ſufficiant nōnullis canonicis ac ſacerdotibꝫ ita viuētibꝫ. Nō tn̄ negandū eſt q̄n ſublimiori ꝑſone de pinguiori ſit bn̄ficio ꝓuidendū. Sed pluralitas bn̄ficioꝝ extra caſus p̄fatos tanq̄ꝫ ꝑiculoſiſſima reprobaꝫ atqꝫ ab oibꝫ vere iuſtis ac timoratis ſm̄ p̄allegatos doctores vitatur.

## Qualiter ſacerdotes ꝛ canonici debeāt hoſpitalitatē ſeruare. Ar. XXIII.

Rurſus pluralitatem beneficiorū ſuorum excuſant ſacerdotes ꝛ canonici quidā preſertim p̄lati dicentes. Oportet nos hoſpitalitatē exhibere honeſtā immo ꝛ ꝑ incertis hoſpitibꝫ preparatū habere. Ut igiꝫ qualis ſit excuſatio ꝛ cauillatio iſta pateat tangendū eſt ad qualem hoſpitalitatem ſint obligati. Ad eam vtiqꝫ que eſt vnum de ſeptem operibus miſcd'ie de qua Chriſtus in die iudicij ꝓhibet ſe dicturum Hoſpes fui ꝛ non collegiſtis me qđ in ꝑſona membroꝝ ſuorū videlicꝫ pauperū dicet ꝛ indigentiū non in ꝑſona diuitū ꝛ potentum. Timeāt ḡ canonici ꝛ miſtri eccl'ie ſi non ſuſcepint in ſuo

hoſpitio ꝛ pie tractauerint ac repauſauerint pauperes ꝛ
mēdicos. Quid ad hoc reſpondebūt q̄ tales mendicos
dedignanť penitus hoſpitare eiſqꝫ ſatis aut nimiū parce
ſiccū panē ac ciboꝝ reliquias largiunť. diuites ꝓo ꝛ mag
nates ꝓpinquos ꝛ officiatos ſuſcipiūt reuerenť tractant
ſolēniter ꝑcioſe ꝛ laute reficiūt molliterqꝫ repauſant Au
diant hi ꝛ formident atqꝫ implere conenť qđ chriſtus in
euangelio loquiť. Cū facis conuiuiū noli vocare cogna-
tos diuites ꝛ potētes ne fiat tibi retributio in hac vita ſꝫ
voca paupes ꝛ debiles cecos ꝛ claudos ꝛ beatus eris qꝛ
non habēt retribuere tibi: retribueť eñi tibi in reſurrectī
one iuſtoꝝ. Ecce apta ſnīa ſaluberrimaqꝫ doctrina. Ue
runtamē non ita intelligenda ſunt iſta q̄n canonici facer
dotes ꝛ religioſi licite poſſint interdū ex pia ꝛ rōnabili
cauſa hoſpitalitatem decētem diuitibꝫ potentibꝫ ꝑſiden
tibꝫ ꝛ cognatis impendere qđ tamē raro ꝛ ſine exceſſu ac
pompa agendū eſt intētione ſincera ne derogeť paupibꝫ
et forefiat iuſticie. Deniqꝫ ſicut iā dictum eſt ſepe. eccleſi
aſtici redditus ſunt patrimoniū chrī elemoſyne paupeꝝ
ſtipēdia miniſtroꝝ egentiū. Iccirco in vſus ipoꝝ ſunt cō
uertenda ꝓ maxima pte. Cum ſanctus dicat Hierony-
mus. Sacrilegiū eſt res pauperū nō pauperibꝫ erogare
qui denuo ꝓteſtatur. Paria ſunt peccatoribꝫ maxime di
uitibꝫ dare ꝛ demonibꝫ īmolare His conſonat qđ ſupra
ex ꝟbis allegatū eſt ſancti Bern. dicētis. Res pauperū
non pauperibꝫ dare ſacrilegij crimē eſſe dinoſciť. Patrī
monia etenī pauperū ſunt facultates eccliaꝝ ꝛ ſacrilega
eis crudelitate ſubripiť. quicq̄d ſibi miniſtri eccłie vltra
ſimplicē victū accipiūt ꝛ veſtitū. Propterea rurſus glo-
rioſus Hiero. cuidā ſacerdoti ſeu clerico ſcribēs. Conui
uia inq̄t deteſtare ꝛ vita maxime hoꝝ q̄ honoribꝫ tumēt
Turpe eſt añ fores ſacerdotis paupis xpi crucifixi licto

res principū ⁊ milites excubare. Itēqꝫ. Oēs ait ꝙ ſtipen
dijs templi ⁊ his que conferunt ad vſus eccl'ie abutūtur
in alijs rebꝫ qbus ſuā expleāt voluptatē ſiles ſunt ſcribis
ac phariſeis ⁊ ſacerdotibꝫ iudeoꝝ. Enormiter ꝙ peccant
qui de bonis eccl'ie theſauriſant. hereditaria emūt q̄ ſuis
relinquat cognatis ne dicā filijs aut filiabꝫ aut vana ⁊ ſe
culari hoſpitalitate vtunt aut quaſi quotidie celebrāt cō
uiuia cum carnalibꝫ amicis ſuis ⁊ ſocijs atqꝫ diuitibꝫ pro
quibꝫ ⁊ p̄parant ſumptuoſe: ⁊ vix ſine hoſpitibꝫ talibus
poſſunt comedere, aut inuitati ab his mox accheſcunt et
epulant cū illis cū tn̄ hec oīa valde ſint ꝓhibita clericis
dicente ſctō Iſidoro. qd̄ allegat etiā in decreto. Clerici
ꝯuiuia publica fugiant ꝑuata non tm̄ pudica ſꝫ ⁊ ſobria
colant. imo cōuiuatio talis oīm chriano eſt ꝑiculoſa cum
deuotionē extinguat ꝯpunctionēqꝫ diſſipet. imo luxuriā
nutriat. verba inania iocos ⁊ riſus diſſolutioneſqꝫ pluri
mas omiſſiones operū bonoꝝ ſtolidas ⁊ iniqs ac vicio
ſam tp̄is deductionē habeat ſibi annexas ſicqꝫ timore dī
expulſo obtenebratus miſerrimus hō oīno fit immemor
ſue ſalutis. Ideo ſanctus Ioannes Chryſ. ⁊ alij qdam
ſancti nunqꝫ acquieuerūt cū inuitantibꝫ manducare nec
ꝯuiuia celebrauerūt. Fuge ergo o chriſti ſacerdos o mi-
niſter eccl'ie ꝑiculoſa frequētia. lauta cōuiuia ⁊ eccleſiaſti
ca bona nō iuſte diſcrete ac pie expēdere. Aduerte ⁊ pen
ſa ꝙ qdam deuotus ⁊ magnus locupleſqꝫ p̄latus ex ꝯſci
entie remorſu ꝯpunctione ac diuina illuſtratōe diſſeruit.
Diues factus ſum vt fierem ſpiritaliter miſer honores
adeptus ſum vt ꝑderem deū. ſequor curias ꝑncipum in
terſum magnatū conſilijs in his p̄rimoniū chriſti dilapi
do. Quid de hoſpitalitate dicā. q̄ merito hoſtilitas poti
us qꝫ hoſpitalitas cenſeret. chrs em̄ ei cauſam nō preſtat
ſed glorie vane obtentus. Diuitibꝫ quidem in hoſpitiis

cum honore ⁊ reuerentia ſuſceptis in omni opulentia de
litie apponũtur de pr̄imonio crucifixi Chriſtus aũt ſemel
crucifixus in ligno foris in mēbris ſuis paupibꝫ crucifigi
tur ſeu torquet̄ in luto in q̄bus aut oīno nudus aut in ſe
mycinijs contabeſcēs aut fame ⁊ frigore tremens eſt de
his que iterius dant̄ canibꝫ ſolaciũ ſue anguſtie poſtulat
⁊ nō eſt q̄ moueat̄ ſup ꝯtritione ipius Ecce hoſpitalitas
hodierna in qua diuites ad gloriã demonũ ſplēdide epu
lant̄ ⁊ chriſtus q̄ charitas ē contēptu inedia ⁊ nuditate
afficit̄. Ego aũt oblit⁹ terribiliũ iudicioꝝ dei ⁊ imemor
anime mee ſedeo tanq̄ꝫ Balthazar in medio conuiuaꝝ
vaſis dei abutēs ⁊ pr̄imonio pauperũ in cõtumeliã chr̄i.
Interim exeũt de domibꝫ hoſpitum gartiones onuſti ci
bis ⁊ ebrij vt de ſupfluitate eoꝝ ingerat̄ paupibꝫ cumu
latior materia doloris atq̄ꝫ tormēti Sub huius falſe ho
ſpitalitatis p̄textu vicecomitibꝫ foreſtarijs ⁊ ceteris offi
cialibus aut potius officiēdi hominibꝫ tanq̄ꝫ dñis ⁊ ma
giſtris omne hũanitatis officiũ exhibet̄. ꝓponet̄ tñ quere
la de inofficioſo totaq̄ꝫ hoſpitalitatis grām ingratitudo
ꝯuertet niſi architriclinus vſq̄ꝫ ad nauſeã ⁊ virtiginē ca
pitis cũ hoſpitibꝫ ſuis bibendi bella ꝯtinuet. Hec om̄ia
iudicabit cuius iudicia ſunt occulta ⁊ ideo magis timen
da ſumptus tam deteſtabiles ⁊ enormes non de ꝓprio
labore aut patrimonio fiunt ſꝫ de elemoſynis pauperũ ⁊
fidelium de oblationibꝫ ⁊ decimis ⁊ de tributis egentiũ
animaꝝ de exactionibus ⁊ oppreſſionibꝫ pauperũ. Qui
in ſudore vultus noſtri pane noſtro veſci debuimus la
bores miſeroꝝ nobis ad delitias vſurpam⁹ atq̄ꝫ in ebrie
tate ⁊ crapula ſudorē bibimus alienum. Jlle q̄ intuetur
abyſſos ⁊ ſedet ſup cherubin iudicabit cauſas pauperũ
q̄n ſtabũt in magna ꝯſtantia aduerſus eos q̄ ſe anguſti
auerunt ⁊ eoꝝ ſtipendia conſumpſerũt. Ubi eſt queſo

verbū illd̓ ꝓphe. Diſpſit dedit paupibꝫ. Porro nos nec diuitibꝫ dare: nec ligna in ſyluā ferre. nec aquas in mare effundere oportebat. O ꝗ̄ bn̄ intellexit plat⁹ hec loqns q̄d ſit hoſpitalitas ꝟa q̄ ꝟtus ē aut actus ꝟtutis ꝛ ex charitate ac pietate nō ex vanitate aut carnali affectōe eſt exhibēda ꝛ qualit̄ bonis eccl̄iaſticis ſit vtendū. Poſtremo nō ſolū hoſpitalitatē laudabilē ꝫ cetᷓa q̄z miſcōie opa tā̄ ſpiritalia ꝗ̄ corpalia ꝑ poſſe ſuo exhibeāt clerici liberaliter charitatiue ac pie atq̄ꝫ in ṗmis domibꝫ ſuis efficacit̄ pre ſint domeſticos ſuos factis ꝛ ꝟbis edificādo peccantes charitatiue ꝛ ſtrennue corripiendo pie ꝛ humiliter diſcrete ꝛ iuſte ſe habendo ad omnes.

## An canonici ꝛ miniſtri ecclesie qui de ſuo pr̄imonio pn̄t ſe ſuſtentare licite ꝯuertāt in vſus ſuos bona eccleſie. Articulus. XXIIII.

Quemadmodū recitat Auguſtin⁹ ꝛ Thomas allegat non ſolum chriſti ſed ꝛ ſanctoꝝ patrū verba et facta ad imitationē ꝛ autoritatem trahēda ſunt. Securius quoq̄ꝫ ac ſalubrius creditur ac paretur dictis ſanctoꝝ per quos locutus eſt ſpiritus dei ꝗ̄ ſcholaſticorum quorundam qui ſuo magis ꝗ̄ expedit credunt ꝛ innituntur ingenio auctoritates ſanctoꝝ ad ſuam retorq̄ntes opinionē. Quis ergo de ꝓpoſita queſtione quidā dicant ſcholaſtici poſſe id licite fieri cōſultius tn̄ credendū et ſtandū eſt ꝟbis Hieronymi ꝛ Bernardi. imo ꝛ ſummi pontificis beatiq̄ꝫ Proſperi. Ait em̄ Damaſus papa. Qui bonis parentū ſuſtentari pn̄t. ſi accipiant quod pauperum eſt ſacrilegium incurrunt. Hieronymus q̄q̄ꝫ. Clericus inquit qui de bonis ſuis poteſt ſuſtētari ſic acceperit quod pauperū eſt ſacrilegiū ꝑfecte cōmittit atq̄ꝫ

per talem abuſum iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Si
eges ⁊ accipis das magis q̃ accipis. ſi aūt nō eges ⁊ acci
pis rapis. Aſſerit etiā btūs Proſper. Non eſt meū dicē
re quale crimen cōmittant: qui cum de bonis ſuis iuuarē
poſſint ecclīam eam ſuis grauāt expenſis. Et rurſus no
tabiliter loquit̃ ſicut ⁊ in decreto allegat̃. Non vt poſſeſ
ſores ſꝫ vt ꝓcuratores ſancti viri facultates ecclīe poſſi-
debant ⁊ iccirco ſciētes nihil aliud eſſe res ecclīe niſi vo-
ta fidelium p̄cium pctōꝝ ⁊ patrimonia pauperum non
eas vendicauerūt in vſus ſuos vt ꝓprias ſꝫ vt cōmenda-
tas pauperibus diuiſerunt. hoc eſt poſſidendo ꝯtemne-
re nō ſibi ſꝫ alijs poſſidere nec habendi cupiditate eccle-
ſie facultates ambire ſꝫ eas pietate ſubueniendi ſuſcipe-
re. Quō habet ecclīa cū omnibꝫ nihil habentibꝫ habet cō
mune. Nec aliq̄d debet eis q̄ ſibi de ſuis ſufficiūt eroga
re cū nihil aliud ſit habentibꝫ dare q̃ ꝑdere. Ecce q̃ rō-
nabiliter ſancti viri iſtud ꝑſuadent ac aſſerūt Sanctus
quoqꝫ Bern̄. vt tactū eſt ſepe affirmat ꝙ res pauperum
non paupibꝫ dare ſacrilegiū eſt q̄ aūt de patrimonio ſuo
ſeu ꝓprijs rebꝫ ſuſtentare ſe valet paup̱ non reputat̃ nec
indigens rebꝫ ecclīe. Hoꝝ itaqꝫ patrū ſctōꝝ ſentētijs ſta
tur ſecurius q̃ alioꝝ aliter opinantiū aliterqꝫ agentium.
Interea ſi obijciat̃ p̄dictis ꝙ bona ecclīe ſunt miniſtroꝝ
eis ſtipendia ⁊ faciunt ea ſua deo atqꝫ ecclīe ſeruiendo.
Reſpondendū ꝙ ſunt ſtipendia miniſtrorū indigentiū
eis ſi aūt non indigent ipſis faciunt ea ſua ſic vt pauperi
bus erogent ea non vt in ſuos vſus illa conuertāt. Cum
eñ̄ tempalia ad ſpiritalia ordinentur q̄ tpalibꝫ non indi
get nō habet ea ꝯuertere ad ſuū ꝓfectū in ſpiritalibꝫ do-
nis ſicut q̄ ſanus eſt medicina nō eget. Nec fit ei iniuria
ſi tpalia illa non accipit ad cōmoda ſua ſꝫ ꝓmeret̃ ſpirita
lia ac diuina chariſmata incōparabiliter tempalibꝫ digni

ꝛꝝ. Poſtremo conſtat ex introductis quãtis ſe exponãt periculis q̇ eccleſiaſticis bñficijs bene ꝓuiſi eoꝝ ſe ſuſtentant redditib⁊ ſuũq̃ patrimoniũ largiunt̃ ſuis ꝓpinquis etiã q̃uis iuxta ſuũ ſtatũ ſatis habẽtib⁊. Nec minus dãnabiles ſunt q̇ vna cũ bonis eccl̃ie ſuũ patrimoniũ imoderate carnaliterq̃ ↄſumũt. Poſtremo dictis in iſtꝫ duobus articulis ↄſonat ꝙ venerabilis vir mgr̃ Gerhardus Groet affirmat. Nulla bona eccl̃ie ſine mortali pctõ in comeſationib⁊ diuitũ pñt ↄſumi: qꝛ ſunt deputata pauꝑibus: ⁊ ſunt de pr̃imonio crucifixi ⁊ ꝑ chriſti paſſionẽ nobis acq̇ſita atq̃ de ei⁹ hereditate cũ nec de eis dare poſſumus vtiliter amicis niſi vt indigentib⁊ ꝓpter chriſtum.

# Qualis eſſe debeat canonicoꝝ prelatus puta decanus. Articulus. XXV.

Hoc vniuerſaliter veꝝ eſt iuxta diuini Dionyſij documenta ꝙ in om̃i ſtatu gradu ⁊ ordine p̃ſidẽs debeat eſſe tante ꝑfectiõis in ſua vocatiõe vt de plenitudie ſpiritalis opulẽtie ac ꝟtuoſitatis ſue ſubditis ſuis poſſit influere eoſq̃ purgare illuminare ꝑficere ad vincẽdum ↄdigne iuxta exigenciã vocatõis ac ſtatus ipoꝝ. Idcirco in cũctis ꝟtutib⁊ exercitijs ⁊ obſeruãtijs ꝟtuoſis q̃ dictũ eſt ad canonicos ꝑtinere oĩno exigit̃ decanũ ſpẽal̃r eſſe ↄpletũ quatinus canonicis ſuis ⁊ om̃ib⁊ ſibi cõmiſſis ſit exemplaris ⁊ ipos idonee exhortet̃ efficaciter dirigat. publice ⁊ ſeorſum informet delinquẽtes ſtrennue ac diſcrete corripiẽs. ⁊ q̃tum fieri põt caſtigãs diſciplinam quoq̃ faciat in choro obſeruari ⁊ diſſolutiões ac fabulationes vitari tam ibi q̃ꝫ in tota eccleſia preſertim temporibus diuini officij. Nec ꝑmittat quenq̃ ſuditoꝝ ſuorũ laſciuũ quid ibi proferre nec verba illicita. Omniq̃ lo

co ⁊ tp̄e etiam ⁊ in menſa ſe prebeat exemplarem ⁊ ab il-
licitis q̄ꝫtum valet rep̄mat conueſcentes. Inordinataq̄ꝫ
verba abſcidit edificatoria ꝓponendo totis quoq̄ꝫ viribꝰ
ſtudeat ⁊ procuret vt diuinū officium integre ⁊ diſtincte
deuote ac reuerenter ſoluatꝛ atq̄ꝫ in ꝑueniendo ac frequē
tando horas canonicas exēplaris eſſe non negligat. In
cunctis pro poſſe exquirat intendat ꝓcuret conſeruet et
augeat cōmune bonū eccl'ie ſue in ſpiritalibꝰ maxime ⁊ ꝓ
ſibi cōmiſſis oret indeſinēter ac feruide quatenus quod
corripiendo ⁊ corrigendo obtinere atq̄ꝫ implere non va
let obtineat vel orando. In veſtitu in cibis ac potibꝰ ſer
uet modeſtiā. Ad celebrandū aſſidue ac libenter conetꝛ
ſe iugiter p̄parare. Diligentiſſime caueat ne ꝑ incontinē
tiam aut diffamiā aut alio mō aliquē ſcādalizet. Nec ſo-
lum ſit caſtus ⁊ ſobrius ſꝫ ⁊ caſtitatis ac ſobrietatis exem
plar Et tanto pre ceteris ſit cuſtoditus timoratus ac hu
milis, quāto ꝓ pluribꝰ rōnem habet reddere iudici ado
rando ⁊ quo gr̄a indiget ampliore ad quā ꝓfunda ⁊ in-
gens neceſſaria extat humilitas quā inceſſanter ample-
ctetur ⁊ coram deo ac hominibꝰ decenter oſtendat in ver
bis apparatu inceſſu veſtitu victu ⁊ factis. Solent equi
dem q̄dam elatio ambitio vana gloria auaricia p̄ſiden-
tibus inſidiari miſceri ⁊ ſubintrare niſi ſint in timore dī
et exercitatione interna bene fundati ac ſtabiliti. Sicq̄ꝫ
pro eo ꝙ eſſent humiliores freq̄nter fiunt elatiores ⁊ q̄
dam ex humano timore fauore aut vicioſa radice frater
ne ac paterne correptionis implere preceptum omittunt
ad qḋ tam ex charitate q̄ꝫ ex debito iuſticie obligantꝛ ⁊ ꝓ
prium querūt honorē cōmodūq̄ꝫ ꝑuatū magis q̄ꝫ hono-
rificentiā dei ⁊ aīaꝝ ſalutē. Ad quē lapſuꝫ dū fuerint de
uoluti nec ſuā nec ſubditoꝝ ꝑantꝛ felicitatē ſꝫ ambitōe ⁊
cupiditate p̄cipitantꝛ in vicioꝝ voraginem. Hinc ⁊ ſctūs

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0076-2

Bern̄. in libꝛo de ꝯſecratiōe ſcribit Eugenio pape. Nō
dn̄ari affectes hō hoi vt nō dn̄et tui oīs iuſticia. Nā nul
lū venenū nullū gladiū magis tibi foꝛmido ꝙ̄ dn̄andi li
bidinē. Vn̄ ⁊ ſctūs ait Grego. Mens hūana plerūqꝫ
extollit̄ etiam dum nulla poteſtate aut p̄latione fulcitur:
ꝙ̄to magis in altū ſe erigit cū ⁊ pꝛelatio ſe ei adiungit.
Uerum vnuſqſqꝫ pꝛeſidēs totiens ad apoſtaſie vicium
labit̄ quotiēs p̄eſſe hominibꝫ delectat̄ ⁊ quē nūc delectat
p̄eſſe nō delectabit iudicē chr̄m ꝯſpicere. Hanc ꝓ̄o inſen
ſatam elationē vincere pōt p̄latus ſi diuini rigorē iudicij
potiſſime circa p̄latos atqꝫ īfernalis acerbitatē ſupplicij
ac ꝓ̄prie vite defectuoſitates ſapiēter ⁊ freq̄nter imo aſſi-
due ac ꝓfunde intueat̄ ponderet ⁊ ꝑpēdat. Sic em̄ dig
nitatem ſue p̄lationis reputabit grauiſſimū onus potiꝰ
ꝙ̄ eminentiā ⁊ honorē ⁊ erit ſollicitus corā deo verbum
attendens apl̄i. Quia hoꝛrendū eſt incidere in manus
dei viuentis. Aduertet nanqꝫ ꝙ̄ ineffabiliter ſit enoꝛme
atqꝫ damnabile ex p̄latura ꝯſequi cōmoda ⁊ honoꝛes. et
debita officij non implere nec digne gerere dei vices.

## Contra ſupbiā edificioꝝ

Sicut Ulricus in ſua declarat ſum- Ar. XXVI
ma dū ea q̄ ſue ꝯpetētie ſupſunt clerici theſauriſant
vel in illicitos vſus expendūt ſicut q̄ ditant ſuos ꝓ
pinquos aut turpibꝫ dant ꝑſonis vl̄ effundūt pecuniā in
epulis ſplendidis ſeu gloriā ſeculi magnificis ſibi ſump-
tibus comparant hiſtrionibus dando ſeu amiciciam ſi-
bi potentū ac diuitū compando ſupfluam quoqꝫ cater-
uam familie ⁊ clientum multiplicando quos p̄ciosis ve-
ſtibus ſepe innouāt ſecū aut magnas ſeu curioſas ⁊ ſum
ptuoſas edificioꝝum fabꝛicas erigendo atqꝫ in ꝯſimilibꝫ.

ſunt prodigi de patrimonio crucifixi Non ſolū peccant hoc vicio ꝑdigalitatis ſicut ꝗlibet q̄ abutitˀ ſibi conceſſis ad vſum ꝫ multū aggrauant ſuam culpā qm̄ ſubtrahūt res illas his quibꝫ debentˀ.i.paupibꝫ Et hoc pctm̄ vocat ſctūs Hieroń.rapinā excedentē oēm crudelitatem ꝑdonū.ꝛ hoc dicit ſacrilegiū eſſe.Porro Augꝰ.vocat h̄ homicidiū dicēs. Qui rem a dn̄o pauperibꝫ delegatā ſuis vſibꝫ im̄oderate reſeruat tātoꝝ homicidioꝝ eſt reus quā ti paupes in locis vbi habitat fame obierint. Iſti igitˀ tenentˀ ad reſtitutionē oīm taliū Silˀr hi q̄ male receperūt bona eccl̄ie ꝑſertim focarie ꝛ alie turpes pſone Hec Vlricus. Cuius ꝟba in tractatulo ꝯtra pluralitatē beneficioꝝ diffuſius ꝯtenetur. Deniqꝫ ꝯtra ſupbiā edificioꝝ in ſumma virtutū ꝛ vicioꝝ inducitˀ. Circa edificia quinqꝫ ſunt reprehenſibilia. Primū eſt multitudo domoꝝ. Iuxta illud Eſaie.v. Ve qui coniungitis domū ad domū. Ita peccantes nō ſequūtur chriſtū dicentē. Filius hoīs non habet vbi caput ſuū reclinet Secundū eſt magnitudo ſumptuoſitas ꝛ delectabilitas. Delectabilitas autē attenditur circa colores atqꝫ picturas. Hinc Hiere.xxij habetur. Ve qui dicit. Edificabo mihi domū latam et ſpacioſam et laquearia facit cedrina pingitqꝫ ſynopide ſollicitudo quoqꝫ ꝛ diſperſio animi. Hinc beatiſſimus Paulus primus heremita a ſacratiſſimo patre Anthonio viſitatus interrogauit.an chriſtiani adhuc imitarentur ritus gentiliū in edificijs ſumptuoſis.ꝛ audito ꝙ imo defleuit hāc vanitatē cū chriſtianoꝝ ſit dicere.nō habemus hic locū manentē ꝫ futurā inquirimus. Quicqd ergo canonici ꝛ miniſtri eccl̄ie in talibꝫ imoderate exponūt crudeliſſima eſt rapina ꝛ ſacrilegiū ſm iam dicta: et ad reſtitutionem tenentur que eſt facienda pauperibus Verūtamē in his multi coꝝ excedūt nimis enormiter.

# De quibuſdã antiq̄s iuri
bus de pluralitate beneficioꝝ vitanda ſup̄ que nō cadit
diſpenſatio q̄tū ad id q̄d in eis eſt de iure naturali.

PEr latam ⁊ irrōnabilem diſpen- Ar. XXVII.
ſationem ad magnā eccl'ia deuenit ruinam. Certū
eſt q̄ olim ſancti ⁊ timorati pontifices ſummi neq̄-
q̄ꝫ admiſerunt ſꝫ prohibuerunt pluralitatē beneficiorum
que nūc poſſum concedit vni. imo ſepiſſime tali q̄ nec con-
uerſatione neqꝫ ſcientia dignus eſt beneficio vno. Itaqꝫ
Urban⁹ papa inſtituit omino aliquē in duabꝫ eccleſijs
intitulari nō liceat. ſꝫ vnuſquiſqꝫ in qua intitulatus eſt in
ea tm̄ canonicus habeatur. Alia quoqꝫ continet decreta-
lis. Clericus ab inſtanti tp̄e in duabꝫ non cōnumeretur
eccleſijs negociationis em̄ eſt hoc ⁊ turpis lucri ꝯmodū
et ab eccl'ie conſuetudīe penitus alienū. Vn̄ ⁊ Decretū
Gregorij pape eſt. Singula eccl'iaſtici iuris bn̄ficia ſin-
gulis quibuſqꝫ pſonis ꝯmitti iubemus Hinc ait Bern.
prout Thomas allegat. Vn⁹ in pſona. nō vnus ſꝫ plu-
res eſt in beneficijs nō plures in officijs. erit ḡ plures in
ſupplicijs ſicqꝫ grauiſſime peccat. Hinc venerabilis vir
ep̄s ſuffragane⁹ actor libri apū. Volo inq̄t vt quicūqꝫ
hec legerit ſciat me anno ab incarnatiōe dn̄i Milleſimo
ducenteſimo triceſimooctauo fuiſſe Pariſius vbi vene-
rabilis Guilhelm⁹ ep̄s Pariſien̄ ꝯuocationē fecit in fra-
trū Predicatoꝝ capl'o oim magiſtroꝝ vbi ꝓpoſita q̄ſtio-
ne de pluralitate bn̄ficioꝝ ſollerti ⁊ longa valde diſputa-
tione ꝓbatum eſt. duo bn̄ficia dūmodo vnū valeret q̄n-
decim pariſienſes libras cū ſalute nō poſſe teneri hoc p̄-
fatus ep̄s cū mltis doctoribꝫ determiauit. Iſtd̄ l opuſcu-
lo ꝯtra pluralitatē bn̄ficioꝝ plenius recitaui Hinc Gre

gorius papa nonus interrogatus an de plenitudine po/
teſtatis poſſet ſup pluralitate bñficioꝝ diſpẽſare. Rñdit
Nõ poſſum niſi tantũ ſup vexatiõe detinentiũ diſpẽſare
Nullus ꝗ̃ de diſpẽſatiõe ſecũ facta inanit̃ glĩet. Nã da/
to ꝙ id qđ eſt de iure poſitiuo in ꝓhibitiõe pluralitatis
bñficioꝝ diſpẽſatiõi apl̃ice ſedis ſubiaceat. Id tñ qđ ibi
eſt de iure naturali ac diuino nõ ſubiacet. Eſt aũt ius na
turale ⁊ diuinũ tpalia nõ pl⁹ appetere ꝓcurare tenere ꝙ̃
expedit ad ꝟtuoſe viuẽdũ ſeu p reſpectũ ad ſpiritale bo
nũ ac verã ſalutẽ. Hec oĩa q̃ h̃ breuiter tm̃ tango in libel
lo ꝯ pluralitatẽ bñficioꝝ habent̃ diffuſe. Et certe in cau
ſa hac magis credendũ eſt ꝑallegatis ſctis timoratꝫ ⁊ fa
moſis doctoribꝫ ⁊ omibꝫ vere religioſis ꝙ̃ his q̃ duo aut
plura bñficia hñt ꝙ̃tumlibet docti videant̃ aut boni qꝛ ĩ
cã ſua iudicãt male. ſiqdẽ amor ⁊ odiũ ſꝟuertũt iudiciũ.

# Exhortatio ad Clericos.

## Articulus. XXVIII.

SAnctus ⁊ deuotiſſim⁹ pr̃ Bern̄. ait. Timeãt cleri
ci timeãt magiſtri ⁊ ꝑlati eccl̃ie q̃ in terris ſanctoꝝ
quas poſſident tam iniq̃ gerũt. vt ſtipẽdijs q̃ ſuffi
cere debeãt nõ ꝯtenti: ſupflua q̃bꝫ egent ſuſtentandi erãt
impie atqꝫ ſacrilege ſibi ꝓcurẽt retineãt ⁊ in vſus ſue car/
nalitatis ac vanitatis expendũt duplici iniquitate peccã
tes qꝛ ⁊ aliena diripiũt ⁊ ſacris ſeu ſpiritalibꝫ bonis in ſu
is vanitatibꝫ ⁊ turpitudinibꝫ abutunt̃. Parcite obſecro
parcite aĩabꝫ vr̃is parcite ſanguini q̃ ꝓ vobis effuſus eſt
Horrendũ cauete ꝑiculũ ignẽ q̃ ꝑatus eſt eternũ iam de
clinate. Fugite de medio babylonis. i. de h̃ ſcl̃o nequã ⁊
ſaluate aĩas vr̃as. Cõuolate ad vrbes refugij. i. ad clau/
ſtra ꝟe religioſa vt poſſitꝫ de ꝑteritis agere pñiam ⁊ in ꝑ̃

ſenti obtinere grām ac futurā gloriā fiducialiter p̄ſtolari
Non vos retardet conſcia pctōꝝ: qm̄ vbi abūdauit ini
quitas abundare grā ꝯſueuit. Nec vos pn̄ie auſteritas
terreat. Neqꝫ em̄ ꝯdigne ſunt paſſiones huius tp̄is ad
p̄teritam culpā q̄ remittit᷑ nō ad p̄ntem grē ꝯſolatiōem
q̄ īmittit᷑. nō ad futurā gloriā q̄ nobis ꝓmittit᷑. hec Ber.
Poſtremo ſi canonici ꝛ in ſacris ordinibꝰ ꝯſtituti introi
re cenobia pati nō extant ſatagāt digne deo ambulare ꝛ
cōuerſari ſm̄ ſue exigentiā vocatiōis iuxta formā ꝛ inſti
tutionē eis in tertio Decretalium ꝓmulgatā ac iuſſam
iamqꝫ expoſitam. Conſiderent vite p̄ntis incertitudinē
breuitatem. fallaciam. vicioꝝ deteſtabilē feditatem. diui
ne maieſtatis p̄ntiam. precioſitatem quoqꝫ tp̄is eis in-
dulti ne illud infructuoſe expendant ꝛ q̄ꝫ metuendū eis
inſtet iudiciū q̄ꝫ acerbiſſimū infernale ſupplicium. ſi qđ
abſit carnalem ꝛ negligentē duxerint vitam. Quotidie
ergo conſcientias ſuas examinent ꝛ ſua memorentur no
uiſſima atqꝫ ꝑ artam gradiant᷑ viam ſalutis bonis eccle
ſie timorate vtant᷑ caſte ac ſobrie exemplariter ꝛ deuote
iugiter conuerſent᷑ quouſqꝫ cōſummato vite huius curri
culo ad beatificā eterne ꝛ increate puritatis fruitionem
feliciter ꝑducant᷑. Ad laudem ꝛ gloriam omnipotentis
qui eſt ſuꝑ omnia deus ſublimis ꝛ benedictus. Amen.

¶ Dionyſius Carthuſienſis de vita ſpiritali ſcilicet Sacerdotum Canonicorum Clericoꝝ Miniſtroꝝūqꝫ eccleſie feliciter finitur Impreſſus Colonie per Martinum de werdena.



Porticus esto stoa dr hinc stoicus
Est stoi stenos [illegible] dr inde stenatus
Imbr[illegible] fit steno stemes inde vertit
Est conversio fit strophos fit anastrophus in
Est strophium ambire dr hinc strophium
Est panestriacos [illegible] [illegible] ab hoc

VIII 299-304

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0083-1

Eberhardus Bethuniensis
Graecismus VIII
323 – 330

Est q̄ mixe theos hic theos enim
Estq; mors thanatos & id ē testa athe
Sic topos ē locus topographia probat
Fringe sit tropos hic dicas sic tropo
Est statio tenion ut cymiterium
Glaus aldea dicunt designat virigue
Syriac exunde femur hic capud
[illegible]

ULB Halle
003 143 708
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0085-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0086-7

D Jonysius de
u ꝛ vita Sacerdotū
nicorum Clericorū
ecclesie ministratorum.

legito ut intelligas

us est ire ad domū luctus ꝙ̄ ad do-
Quoniā subter te sternetur tinea et
um tuum erunt vermes Et ergo le-
lligas.
aridum eternis ignibus dignū quid
s in die illa quando exigetur a te ad
i omne tempus viuēdi qualiter a te
n. Nōne melius est ire ad domū lu-
domum conuiuij.

t infra patebit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-253870-p0087-3